118. *tectum*, aculeatum, fol bipinnato-sinuatis, fructu tecto. S. *fructu-tecto.* Cav. ic. 4. p. 5. t. 309. Hab. in Imperio Mexico. Caulis, foliorum nervi et calyces aculeati. Fl. racemosi. Cor. lutea, extus tomentosa. Bac. calice aucto tecta.

119. *sisymbrifolium*, aculeatum, fol. subbipinnatifidis villosis aculeatis; lobis dentatis, stigmate bilobo. Lam. ill. 2286. enc. p. 307. Hab. circa Buenos-Ayres. Commerson.

120. *cornutum*, aculeatum, fol. pinnato-pinnatifidis aculeatis, antheris declinatis corniformibus: infra maxima productissima. Lam. enc. p. 308. Juss. in Annal. d. Museum. 14. p. 120. t. 9. Habit. in Mexico Fl. lutei, subinaequales. Cal. spinosus.

121. *Vespertilio*, caule aculeato fruticoso, fol. cordat. integris, cor. subirregularibus, anthera ima productiore. Ait. Kew. 1. p. 252. Wendl. hort. Herrenh. p. 5. t. 21. Hab. in insulis Canariis. Una ex antheris imis longissima arcuata. ♄

122. *sanctum*, caule aculeato fruticoso, aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis repandis. Lin. Vahl. symb. 2. p. 41. Pluck. alm. 351. t. 316. f. 2. Hab. in Palaestina. Caul. tomentosus, cinereus, aculeis crassis, flavescentibus. ♄

123. *hybridum*, caule aculeato fruticoso, fol. ovatis subinermibus acutis repandis: tenellis dorso et ad oras violaceo - pulverulentis. Linn. Jacq. hort. 2. t. 113. Habit. in Guinea. ♄

124. *tomentosum*, caule aculeato fruticoso, aculeis acerosis rectis, fol. cordatis inermib. subrepandis: tenellis purpureo-pulverulentis Bocc. sic. 8. t. 5.

β? *coccineum*, caule aculeato fruticoso, fol. ovatis subrepandis, uno alterove aculeo armatis subtomentosis. Jacq. ic. rar. 1. t. 43. Habit. in Aethiopia. ♄

125. *rigidum*, aculeatum frutescens humile, fol. ovatis sinuato-angulosis aculeatis nudiusculis, aculeis rectis albid. Lam. enc. p. 303. Hab... ♄

126. *polygamum*, caule aculeato, foliis ovato-oblongis subintegris supra scabriusculis, subtus tomentosis. Vahl. symb. 3. p. 39. t. 55. Hab. in ins. St. Crucis. ♄

127. *bahamense*, caule aculeato fruticoso, fol. lanceol. repandis obtusis margine reflexis, racem. simplicib. Linn. Dill. elth. 363. t. 271. f. 250. Sloan. jam. 108. hist. 1. p. 38. t. 11. f. 3. Habit. in Americae insula Providentia. ♄

128. *obscurum*, fol. elliptico-lanceolatis planis subtus villosis, racemis lateralibus, caule petiolisque aculeatis. Vahl. symbol. 2. p. 41. S. crotonoides. Lam? Habit. in Cajenna. ♄

129. *giganteum*, caule aculeato fruticoso: aculeis tomentosis, fol. lanceol. acutis inermibus, supra glabris, subtus tomentos. et incanis, racem. dichotom. cymosis terminalibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 328. Coll. 4. p. 125. *S. niveum*. Vahl. symb. 2. p. 41. Th. pr. 36. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

130. *scabrum*, caul. aculeato fruticoso, fol. sinuato-angulat. scabris, corymb. dichotomis, flor. intus secundis. Fl. 2. Per. p. 39. t. 175. f. a. Habit. in Peruviae versuris et ruderatis. Fol. subtus valde venosa, utrinq. setis minimis in stellularum formam digestis scabra. Bacca aurantiae loco saponis ad crines et vestimenta abluenda inserviunt.

131. *incarceratum*, caule aculeato suffruticoso, fol. geminis cordatis aculeatis, flor. secundis, bac. glabr. cancellatis. Flor. Per. 2. p. 40. t. 176. f. a. Hab. in Peruv. nemoribus, ad Chincao runcationes. Calyx inermis, in flore reflexus, in fructu erectus. Cor. albo-violacea. Bacca alba, oblonga, venosa, glaberrima.

132. *flexuosum*, fol. geminatis elliptico-lanceolat. scabriusculis integris, subtus petiolisque aculeatis, floribus tetrandris. Vahl. eclog. 1. p. 22. Habit. in Cajenna. Valde affine S. obscuro. ♄

133. *lanceolatum*, caule fruticoso tomentoso aculeato, fol. angusto-lanceolatis integerrimis, subtus tomentosis inermibus, panicula terminali. Willd. Cav. ic. 3. p. 23. t. 245. S. cymosum. Ortega Decad. 1. p. 12. Hab. in Mexico. Flor. caerulei terminales magni. ♄

134. *eleagnifolium*, caule fruticoso petiolis foliisque lanceolatis obtusis inferne tomentosis subaculeatis, racem. lateralibus. Willd. Cav. ic. 3. p. 22. t. 243. Habit. in Amer. calidiore. Aculei capillacei. ♄

135. *polyacanthos*, aculeatissimum, fol. lineari-lanceolatis subrepandis subsessilibus obtusis, pedunc. axillarib. unifloris, aculeis acicularib. Vahl. eclog. 1. p. 24. Lam. enc. 2. p. 23. S. (*parviflorum*.) Cavan. ic. 3. p. 19. t. 236. Plum. ic. 218. t. 224. f. 1. Hab. in ins. Dominica. Corol. alba. Bacc. minima. ♄

136. *igneum*, caule aculeato fruticoso, fol. lanceolatis acuminatis basi utrinque revolutis, racem. simplicibus. Linn. Jacq. hort. t. 14. Pluck. alm. 350. t. 225. f. 5.

β. S. parvifolium. Vahl. eclog. 1. p. 23. Hab. in Amer. Flor. albi. Spinae rubro-igneae.

137. *pyracanthos*, caule aculeato suffruticoso, fol. oblongis acutis sinuatis tomentosis: utrinque aculeis rectis subcoccineis. Lam. encyclop. 4. p. 299. Hab. in ins. Madagasc. Caul. obscure fuscus, apice et in juniorib. tomentosus.

138. *asperum*, caule aculeato arboreo, fol. oblongis solitar. geminisque, corymbis rameis subdichotomis Flor. Peruv. 2. p. 39. t. 174. f. b. (S. aspero-lanatum.) Hab. in Peruv. praeruptis ad Huassahassi arcem. Frutex aspero-lanatus: lanugo lucida in stellae formam digesta. Caulis erectus superne ramosissimus, vix aculeatus. Cor. alba. Bacca lutea.

††† *Spinosa.*

139. *lycioides*, caule fruticoso spinoso, fol. ellipticis, pedunc. aggregatis unifloris. Jacq. ic. rar. 1. t. 46. Collect. 1. p. 96. Flor. Per. 2. p. 41. t. 177. f. b. Habit. in Peruv. locis argillosis et petrosis, passim ad Huanuci et Tarmae provincias. Caul. ramosissimus, ramis in spinam foliosam floriferam desinentib. Cal. lacin. appendiculatae. Anth. liberae. Corol. in hortis nivea, in Peruv. caerulea, fundo lutescens. Bacca globosa, rubro-crocea. Sem. ossea. An diversum genus? ♄

507. CAPSICUM. *Cor.* rotata. *Bacca* ex ucca.

1. *annuum*, caule herbaceo, pedunculis solitariis. Linn. Willd. Spec. 2. p. 1050. Rheed. 2. t. 35. Hab. in America meridionali. ⊙

2. *baccatum*, caule fruticoso laevi, pedunc. geminis. Lin. Rumph. 5. t. 88. f. 2.

3. *sinense*, caule fruticoso, pedunculis geminatis, fructib. ovatis pendulis, foliorum petiol. subpubescentib. Willd. Jacq. hort. v. 3. t. 67. Habit. in China. Fructus ovatus magnitudine cerasi. ♄

4. *grossum*, caule suffrutescente, fructib. incrassat. variis. Mant. 47. Besl. syst. aut. 2. t. 2. f. 1. Hab. in India. Fructus maximus.

5. *frutescens*, caule fruticoso, pedunc. solitariis, fructibus oblongis. Willd. Clus. exot. 340. f. 2. Rumph. 5. t. 88. f. 1. 3. 4. Hab. in Indiis. ♄

6. *cerasiforme*, caule fruticoso, pedunc. solitariis, fructibus globosis. Willd. Hab. .... Simile antecedenti, sed fructus globosus. W.

508. CESTRUM. *Cor.* infundibuliformis: lac. acutis marginati.. *Stam.* denticulo in medio, aut edentula. *Anth.* 4-gonac. *Bacca* 1-2-locularis. *Sem.* pauca, angulata.

1. *laurifolium*, filamentis denticulatis nudisve, fol. elliptic. coriaceis nitidissim., pedunc. petiolo breviorib. L'Herit. stirp. 1. p. 69. t. 34. Willd. Sp. 2. p. 1054. C. venenatum. Lam. encyc. 1. p. 680. Pluck. phyt. t. 95. f. 1. Hab. in America. ♄

2. *macrophyllum*, filam. denticulatis, fol. ovato-oblongis acuminatis glaberrimis, flor. fasciculatis sessilib. Vent. Choix de Pl. p. 18. t. 18. Hab. in ins. Antillanis, Porto-Rico. Riedel. Priori affine. Cor. alba.

3. *nocturnum*, filamentis dentatis, pedunc. subracemosis folio aequalib. L'Herit. stirp. 1. p. 70. Dill. elth. 183. t. 153. f. 185. Pluck. alm. 35. t. 64. f. 3. Hab. in Jamaica. Chili. ♄

4. *Parqui*, filamentis denticulatis nudisve, caule florifero paniculato, stipulis linearib. L'Her. l. c. 1. t. 36. Parqui. Feuil. Peruv. 2. p. 72. t. 32. f. 1. C. virgatum, fol. lanceolatis acutis, ramis floriferis paniculatis, pedunc. corymboso-racemosis. Flor. Peruv. 2. p. 27. Hab. in Chili locis humidis. ♄

Obs. In Flor. Peruv. l. c. p. 28. de hac specie sequentia prolata sunt. L'Heritierus folia ramulorum inferiorum perperam *stipulas* appellavit, et Filam., contra ejus assertionem, in loco natali *edentula* sunt, nec non ad basin solummodo tumida ac villosa.

5. *auriculatum*, filamentis edentatis, stipul. amplexicaulib. lunatis, fol. ovatis, flor. paniculat. terminalib. Willd. C. Hediunda. Lam. enc. 1. p. 680. Hediunda Jasmini flor. Feuill. Peruv. 2. p. 25. t. 20. f. 3. Habit. in Limae humidis.

β? *auriculatum* (*affine*), foliis ovatis oblongo-lanceolatisque, auricul. (stipulis) oblique cordatis, ram. florifer. divergentib., pedunc. corymboso-paniculatis. Flor. Per. 2. p. 28. t. 155. f. a. Hab. in Per. versuris, ruderatis, sepibus.

Obs. An ob stipulae formam diversa ab C. auriculato. L'Her. cujus stipulas etiam reniformes, amplexicaules observavi sed saepius tantum in ram. juniorib. fl. expertis.

6. *scandens*, filamentis edentulis, fol. ovatis attenuatis glabris, racem. axillaribus subcompositis, ramis scandentibus. Vahl. eclog. 1. p. 24. Hab. prope St. Martham. ♄

7. *undulatum*, filam. dentatis, fol. ovatis acutis undulatis, pedunc. axillaribus terminalibusque paucifloris. Fl. Per. 2. p. 28. t. 155. Hab. in Peruv. ruderatis praesertim ad Huanuci urbem.

8. *confertum*, fol. ovato-ovalibus acuminatis coriaceis confertissimis, flor. axillaribus congestis sessilibus. Flor. Per. p. 29. t. 153. In Peruv. sylvis. Cal. ciliatus. Cor. lutescens: limbo externe atro. Filam. edentula.

9. *conglomeratum*, fol. lanceol. acutis, flor. axillarib. numerosissim. conglomeratis sessilibus. Flor. Per. t. 156. Cresc. in Peruviae praeruptis locisque altis frigidis. Flor. nonnulli limbo 6-7-fido. Stigm. concavum.

10. *vespertinum*, filamentis edentatis, tubo filiformi (longo), pedunc. brevissimis. L'Herit. stirp. 1. p. 72. C. *confertum*. Miller. Jasminum laurinis foliis, flore pallido luteo, fructu atro-caeruleo. Sloan. hist. 2. p. 96. t. 204. f. 2. Hab. in America. Cortex et fructus foetentes. Sw. ♄

11. *diurnum*, filament. edentatis, lacin. cor. subrotundis reflexis, fol. lanceolatis. L'Her. stirp. 1. p. 74. Dill. elth. 186. t. 154. f. 186. Habit. in Chili, Havana. ♄

12. *venenatum*, fol. lanceolato-oblong. coriaceis, flor. sessilib. Thunb. prodr. 36. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

13. *tomentosum*, flor. confertis sessilib. terminalib. ramis fol. calycibusque tomentosis. L. suppl. 150. Hab. in Amer. merid. Mutis. ♄

14. *hirtum*, flor. subspicatis axillaribus, fol. cordatis acutis subtus ramulisque hirtis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 478. Hab. in sylvis Jamaicae. ♄

15. *latifolium*, filamentis edentulis, ramis superne foliisque ellipticis subtus pul-

verulento - subvillosis, racemis axillaribus breviorib. Vahl. eclog. 1. p. 25. Lam. Hab. in ins. Trinitatis. Stigma capitatum. W. ♄

16. *racemosum*, fol. lanceolato - ovatis acutis, racemis brevibus compositis 1-3-nisque: intermedio productiore. Flor. Per. 2. p. 29. t. 154. f. b. In Peruviae nemorib. Petioli subtorti. ♄

17. *longiflorum*, fol. ovato - oblongis acutis, peduncul. terminalibus paniculato-racemosis, corol. tubo longissimo curvato. Flor. Per. l. c. p. 28. t. 154. Cor. 1. 1/2-pollicaris, purpurascens: limbo margine lanato.

18. *strigilatum*, fol. cordatis acutis, pedunc. geminis racemoso-paniculatis, altero breviore. Flor. Peruv. p. 29. t. 156. Cum priore in nemorib. Cor. magna tubo longo curvato, Jasminum refert. Frutex lanugine brevi, strigiliformi adspersus. Bacca ovata.

509. SESSEA. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 2-lobum: lobo altero breviori. *Caps.* teres, curvata; 1-locularis, 2-valvis: valvul. 2-fidis.

1. *stipulata*, fol. lanceolatis cordatisque, racem. paniculatis. Flor. Per. 2. p. 9. t. 115. Habit. in Peruviae montibus. Frutex foetidus.

2. *dependens*, fol. cordato - oblongis, racem. longissim. pendulis. Flor. Per. l. c. t. 116. In Peruviae rupis. Arbor. 5 - orgyalis.

510. LYCIUM. *Cor.* tubulosa, fauce clausa *Filam.* barba. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

* *Spinosa.*

1. *afrum*, caul. strictis spinosis, foliis fasciculatis linearibus, bacc. globosis. Duham. N. ed. p. 107-110. Trew-Ehret. Pl. select. t. 24. Lam. ill. t. 112. f. 1. Willd. Sp. 2. p. 1057. Hab. in Barbaria, Aegypto, Arabia, Palestina, Hispania et Medina. Flor. fusco-purpurei. Var. fol. plus minusve longiorib. et subulatis. ♄

2. *carnosum*, caule ramisve erectis spinascentibus, fol. lineari - lanceolatis fasciculatis carnosis, bacc. sphaericis. Duham. l. c. p. 111. L. italicum. Mill. dict. var. 2. L. rigidum. Thunb. 1. prod. p. 37. Trew-Ehr. t. 24. f. 1. Ad Cap. bonae spei. Priori simile, sed multo minus, 3 - 4 - pedes altum. ♄

3. *microphyllum*, caul. strictis rigidis divaricatis laevissimis, ramulis reflexis spinascentibus, fol. fasciculatis alternisve parabolicis. Duham. l. c. p. 112. Habit. in India et in Africa orient. Fol. glauca. †

4. *ruthenicum*, fol. linearibus fasciculatis, gemmis spinascentibus, ramis laxis. Willd. Murr. Comm. goett. 1779. p. 2. t. 2. L. tataricum. Pall. ross. 1. p. 78. t. 49.

β. *caspicum*, fol. breviorib. ram. spinosissimis, flor. minorib. Pall. ross. 1. t. 49. f. A. Hab. in Sibiriae nitrosis ad Volgam, in desertis Turcomannorum iuque Hyrcania; β. ad mare Caspium.

5. *tetrandrum*, spinosum, foliis ovatis obtusis, ramis angulatis, cor. quadrifidis. Thunb. prod. 37. L. suppl. 150. Hab. in Cap. b. spei. Simillimum L. afro. ♄

6. *barbarum*, caulib. procumbentibus angulatis simplicib. raro spinosis, fol. petiolatis ellipticis, cal. bifido, : lacin. bidentatis, cor. margine villosa, bacca elliptica. Duham. p. 120. L. *barbarum*, fol. lanceolatis crassiusculis, cal. bifidis Linn. Sloan. afric. spec. n°. 349. f. 349. Hab. in Africa, Barbaria, ubi detectum a Shaw.; vid. iter. vol. 2. Cor. pallide rubra post anthesin livida s. pallens. Filam. primo recta, dein incurvata inter cor. divisuras, supra basin villosa.

* *turbinatum*, caul. erectis fasciculatis, ramulis dependentibus spinosis teretibus, fol. sessilib. lanceol. acuminatis, cal. trifido, bacca turbinata ante maturitatem bursiformi. Duham. ed. nov. p. 119. t. 31. L. halimifolium. Mill. L. *barbarum*. L. Sp. pl. 1 p. 192. Lam. encycl. n°. 3. Hab. in China meridionali. Fol. nonnunquam quasi pulverulenta. Cal. rarius bifidus. Ad sepes etc. adhibetur. Filam. basi villosa. l. c.

7. *europaeum*, caul. ramisve erectis teretibus spinosis, fol. spathulatis, filam. imberbibus, bacca subrotunda. Duham. p. 124. L. fol. obliquis, ramulis flexuosis teretibus. Linn. Willd. p. 1059. Mich. N. Gen. Pl. t. 105. f. 1. Habit. in Europa *meridionali*, in Gallia, Italia, Lusitania, Graecia et in Barbaria. Rami longis et fortibus induti spinis. Cor. albido-rubra. Var. bac. rubris et flavis.

8. *lanceolatum*, caul. erectis apice flexuosis recurvis teretibus, ram. patentissim. spinosis, fol. subsessilib. lanceolat. acutis, cal. inaequaliter dentato, bacca oblonga. Duham. p. 123. L. europaeum. Lam. excl. synonym. Hab. in regno Neapolitano, Graecia. Cor. violacea.

9. *chinense*, erectum spinosum, ramis

diffusis angulatis, fol. petiolatis lanceolatis acutis, cal. 2-3-fidis, stylo staminibus vix longiore; bac. ovatis. Duham. N. ed. p. 116. t. 30. Trew-Ehr. t. 68. excl. synonymi. Hab. in China temperatiore. Corol. infundibuliformis, violacea.

10. *ovatum*, caul. ramisque dependentibus striatis raro spinosis, foliis petiolatis ovatis obtusis, cal. 5-dentatis, stylo staminibus longiore, bac. oblongis. Duham. l. c. p. 117. L. chinense. Lam. ill. t. 112. f. 2. L. barbarum. β. Willd. Sp. 2. p. 1059.

11. *cinereum*, spinosum, fol. lanceolat. glabris, ramis spinascentibus, pedunculis brevissimis. Thunb. prod. Hab. ad Cap. b. spei. ♄ †

12. *horridum*, spinosum, fol. obovatis carnosis glabris, ramis spinascentibus, pedunc. brevissimis. Thunb. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

13. *boerhaviaefolium*, spinosum, fol. ovatis integerrimis acutis glaucis, floribus paniculatis. Lin. suppl. 150. Eheretia halimifolia. L'Her. stirp. 1. p. 45. t. 23. Hab. in Peru. Var. fol. undulatis. ♄

14. *obovatum*, spinosum, fol. obovatis obtusissimis, spinis foliosis: vetustioribus nudis, flor. paucis nutantibus. Flor. Per. 2. p. 46. t. 183. f. c. Hab. in circuitu et sepibus Tarmae oppidi. Corol. purpureo-violacea.

15. *salsum*, spinosum, ram. gracilibus, spinis foliosis, fol. obovato-oblongis sessilibus, flor. solitariis. Flor. Peruv. 2. l. c. p. 183. f. a. Cor. albo-purpurea: tubo angusto.

** *Inermia.*

16. *barbatum*, inerme, fol. ovatis glabris, ram. flexuosis, flor. paniculatis. Th. L. inerme. Lin. suppl. 150. Habit. ad Cap. b. spei. ♄

17. *spathulatum*, inerme, fol. obovato-spathulatis, florib. fasciculatis axillaribus. Flor. Per. t. 183. f. b. Cresc. ad sepes urbis Huanuci. Cor. violacea, limbo pubescente. Cal. truncatus. †

18. *umbellatum*, inerme, fol. oblongo-lanceolatis, pedunc. rameis, flor. umbellatis, cal. pentagonis. Flor. Peruv. 2. p. 45. t. 182. f. b. Habit. in sepib. et versuris in prov. Canta in Peru. Filam. glabra. Bacca aurantia, 1-locularis. ♄

19. *aggregatum*, inerme, fol. oblongis acutis undulatis subtus tomentosis, florib. axillaribus numerosissimis. Flor. Per. l. c. f. a. Hab. passim in Limae etc. vallibus et praeruptis, etiam ad sepes. Cor. alba. Filam. imberbia. Bacca globosa aurantia, 2-locularis.

Obs. Tres hae species, quarum habitus etiam recedit, vix ad Lycia pertinent, sed Atropae *arborescenti* Lin. affines, quacum non male peculiare genus efficere possent. L. *capsulare*. Lin. Willd. Spec. p. 1061. planta dubia et ob fructus forte non hujus generis est.

511. POGONIA. *Cal.* 5-phyllus, persistens. *Cor.* infundibuliformis: ore villis clauso; limbo semiquinquefido. *Styl.* sursum parum subcurvatus; Stigma concavum. *Drupa* compressa, quadrilocularis.

1. *debilis*, fol. lanceolatis apicib. subserrulatis distichis, flor. solitar. axillaribus caeruleis, cortice scabroso. Andrew Repos. t. 212. Hab. in N. Hollandia, ad oppidum Jackson. Planta sarmentosa. E. Fam. campanulacea?

512. CRYPTOSTOMUM. *Cor.* infundibuliformis, calyci inserta. *Nectar.* monophyllum, corollam claudens. *Bacca* exsucca, 3-locularis: loculis monospermis. *Sem.* arillata?

1. *laurifolium*. Willd. Spec. 2. p. 1061. Moutabea gujanensis. Aubl. guj. 2. p. 680. t. 274. Hab. in campis cultis Cajennae et Gujanae. Frutex sarmentosus. Folia alterna. ♄

513. ARDISIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis: limbo reflexo. *Anth.* magnae, erectae. *Stigma* simplex. *Drupa* carnosa, supera, 1-sperma.

1. *tinifolia*, flor. paniculatis, fol. ellipticis integris nervosis, caule arboreo. Sw. Fl. Ind. occid. 1. p. 468. Willd. Sp. 2. p. 1062. Sloan. hist. 2. p. 98. t. 105. Hab. in aridis submontosis Jamaicae. ♄

2. *coriacea*, flor. paniculatis, fol. oblongis integris aveniis coriaceis. Swartz. l. c. p. 470. Hab. in Antillis. ♄

3. *serrulata*, florib. paniculatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis rugosis, caule fruticoso pubescente. Swartz. p. 471. Plum. cat. 18. ic. 80. Hab. in Hispaniola ad fluviorum ripas graminosas. ♄

4. *acuminata*, panic. axillaribus terminalibusque, fol. oblongis acuminatis basi attenuat. Willd. Icacorea gujanensis. Aubl. 2. suppl. p. 1. t. 368. Hab. in campis cultis Gujanae. ♄

5. *crenulata*, pan. terminali, fol. lanceolato-ovatis repando-crenatis acuminatis, basi attenuatis. Ven. Choix de pl. p. 5. t. 5. Hab. in Antillis.

6. *pyramidalis*, fol. lanceolato-ovatis glabris, racemis terminalibus, pedunc. umbelliferis compressis. Cav. ic. 6. p. 1. t. 502. Hab. prope Santa Cruz. Cor. rubra. Arbor.

7. *serrata*, fol. sparsis lanceolatis serratis, flor. racemis terminalib. compositis. Cav. l. c. p. 2. t. 503. sub *Anguillaria* uti antecedens. Arb. 15–20-pedalis.

8. *humilis*, racem. terminalibus compositis, pedicellis umbellatis, fol. lanceolato-ellipticis integerrimis coriaceis venosis. Vahl. symb. 3. p. 40. Tinus humilis zeylanica, fol. crassis venosis. Burm. zeyl. 222. t. 103. Hab. in ins. Haiman, in paludosis salsis ad Siam, Malaccam et in Zeylona. ♄

9. *solanacea*, corymbis axillarib. tripartitis, fol. oblongis utrinque attenuatis. Willd. Roxb. corom. 1. p. 27. t. 27. Hab. in montosis Indiae orient. ♄

10. *lateriflora*, racem. lateralib. axillaribusve compositis, florib. umbellatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis, caule fruticoso. Swartz. l. c. p. 473. Hab. in Ind. occident. ♄

11. *excelsa*, racem. axillarib. simplicib. fol. obovatis margine cartilagineo-serratis. Ait. Kew. 1. p. 261. Gaertn. sem. 1. t. 77. f. 1. Hab. in Madera. ♄

12. *parasitica*, racemis axillarib. simplicibus, fol. sessilibus lanceolato-ovatis lineatis, caule fruticoso. Swartz. Hab. in truncis arborum versus juga montium ins. Dominicae. ♄

Obs. Hoc genus idem est ac *Anguillaria*. Gaertn. et *Badula*. Juss.

514. BLADHIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata, quinquefida. *Bacca* 1-sperma. *Semen* arillatum.

1. *japonica*, fol. ternis serratis glabris, caule basi decumbente. Thunb. Flor. jap. 95. t. 18. Willd. Sp. 2. p. 1122. Hab. in fruticetis montium Japoniae. ♄

2. *glabra*, fol. oppositis serratis glabris, caule erecto. Thunb. in Act. Soc. Linn. 2. p. 331. et jap. p. 350. Hab. in Japonia. ♄

3. *villosa*, fol. serratis villosis. Thunb. jap. p. 96. t. 19. Hab. in Japonia. ♄

4. *crispa*, fol. oblongis crispis glabris. Thunb. l. c. p. 97. Kaempff. amoen. Fasc. 5. p. 776. Cum priore.

515. MYRSINE. *Cor.* semiquinquefida connivens. *Germen.* cor. replens. *Stigma* magnum, lanigerum, (exertum). *Drupa* 1-sperma: nuce 5-loculari. (*Bacca* immatura 5-sperma, matura 1-sperma. Gaertn.)

1. *africana*, sempervirens, fol. ovatis acutis superne serratis. Lam. ill. t. 121. Willd. Sp. p. 1121. Pluck. alm. t. 80. f. 5. Hab. in Aethiopia et ad Cap. b. spei. ♄

Obs. Planta videtur Polygamo-monoica, cum individua occurrunt flor. masculis tantum instructa, qui 4-andri fuerunt. Fol. serraturae spinulosae.

2. *retusa*, fol. obovatis obtusis, apice emarginato-denticulatis. Ait. hort. 1. p. 271. Hab. in ins. Azoriis. Flor. subcorymbosi. Willd. Stigm. inclusum? cfr. Vent. Hort. Cels. p. 86–87. ♄

516. LEEA. *Cor.* 1-petala. *Nect.* 1-phyllum, tubo corollæ impositum, 5-fidum, erectum. *Bacca* 5-sperma, infera. (Monoica. Juss.)

1. *sambucina*, caule sulcato-angulato glabro, fol. subbipinnatis. Willd. Sp. p. 1177. Aquilicia. Cavan. diss. 7. p. 372. t. 218. Staphylea indica. Burm. ind. 72. t. 24. f. 2. Rumph. 4. t. 45. Hab. in India orientali. Arbuscula facie Sambuci. ♄

2. *aequata*, caule tereti pubescente, fol. pinnatis. Willd. l. c. Mant. p. 124. In India orient. Corymbi trichotomi. ♄

Obs. An *Aquilicia* congener? vid. Juss. gen. p. 170.

3. *crispa*, caule angulato fimbriato, fol. pinnatis. Hab. ad Cap. b. spei. Radix tuberosa. Flor. nivei. ♃

517. CORYNOCARPUS. *Cal.* 5-phyllus inferus. *Cor.* 5-petala. *Nect.* 5-petaliformia, cum petalis alternantia, basi glandulifera. *Nux* 1-sperma, clavata.

1. *laevigata*. Lin. suppl. 156. Fors. gen. p. 31. t. 16. Willd. Sp. 2. p. 1178. Habit. in

N. Zeelandia Fol. obovata integra. Panic. terminalis magna rugosa. ♄

518. JACQUINIA *Cor.* 10-fida. *Stamina* receptaculo inserta. *Bacca* 1-sperma.

1. *arborea*, fol. cuneiformibus, ramis ad ramificationes aequalibus, inferioribus verticillato-quaternis, superioribus dichotomis. Vahl. eclog. 1. p. 26. Willd. Spec. 2. p. 1064. Hab. in ins. Montserrat prope New-Windward. Arb. trunco erecto, quatuor, sex, decem, viginti, vel triginta pedes alto, diametro sex vel octopollicari.

2. *armillaris*, fol. cuneiformibus, ramis ad ramificationes nodosis verticillatis. Vahl. eclog. 1. p. 26. Jacq. amer. 53. t. 39. Ed. pict. Sloan. hist. 2. p. 89. t. 190. f. 2. Hab. in America. Frutex humilis 4-6-pedalis. ♄

3. *venosa*, fol. ovato-lanceolat. venosis submembranaceis. Swartz. prod. 47. Habit. in India occident. ♄

4? *macrocarpa*, fol. rigidis lanceolatis mucronatis, flor. aurantiis, bacc. cerasiformibus. Cav. ic. 5. p. 55. t. 481. Habit. non procul a mare Panamaidis et Acapulci. Bacc. continet corpus cartilagineo-carnosum, cui adhaerent 12 fere corpuscula plana ovata, an semina? C.

5. *ruscifolia*, fol. lanceolatis acuminat. Jacq. amer. pict. t. 57. Meleola aculeata. Linn. Spec. pl. 1. p. 339. Dill. elth. t. 123. f 149. Hab. in Amer. merid. in Havanae sylvis montosis. ♄

6. *linearis*, fol. linearibus acuminatis. Jacq. amer. t. 40. f. 1. Ed. picta. t. 78. Cresc. ad St. Domingo in littoribus maritimis. Pedunc. in hac et praecedente 1-flori. ♄

519. SICKINGIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* campanulata. *Caps.* lignosa. 2-locularis, 2-valvis. *Sem.* alata.

1. *Erythroxylon*, fol. rhombeo-oblongis, apice dentatis subtus pubescentib. Willd. in Nov. Act. Berol. v. 2. vid. Schrad. Bot. Journ. 1800. p. 291. Arb. 30-40 pedib. lignoque duro.

2. *longifolia*, fol. oblongo-obovatis integerrimis glabris. Willd. l. c. Cresc. cum priore in montosis sylvis ad Caracas. ♄

520. BECKEA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Caps.* 3-4-locularis, polysperma, cal. tecta. (Sem. pauca. Gærtn.)

1. *frutescens*, fol. oppositis muticis, dentibus calycinis membranaceis coloratis. Smith in Act. Soc. Lin. 3. p. 259. L. suppl. p. 514. Willd. Sp. 2. p... Beckea chinensis. Gaertn. de fruct. 1. p. 157. t. 31. f. 7. Osb. iter. t. 1. Hab. in China.

2. *densifolia*, fol. 4-fariam imbricatis obtusis mucronatis reflexis dentib. calycin. foliaceis. Smith l. c. Hab. ad portum Jackson, N. South-Wales.

521. IMBRICARIA. *Petala* 5. *Stigma* capitatum. *Caps.* calyce tecta, 2-locularis, polysperma. Sm. (*Cap.* 1-locularis evalvis, apice amplo foramine dehiscens. Gærtn.) Conf. Juss. gen.

1. *crenulata*, fol obovato-cuneiformib. sursum crenulatis, cal. denticulatis. Smith in Act. Soc. Lin. 3. p. 259. Jungia imbricata. Gaertn. de fr. 1. p. 175. t. 35. f. 5. Philadelphus imbricatus. Sol. Aud. Mollia; Gmel. syst. p. 420.

2. *ciliata*, fol. triquetro-linearibus, calycib. ciliatis, germine 5-gono. Smith l. c. p. 176. Jungia tenella. Gaertn. l. c. p. 176. Hab. in N. Hollandia.

522. ESCALLONIA. *Cal.* 5-dentatus, persistens. *Petala* 5, lingulata. *Stigma* capitato-depressum. *Bacca* seminifera, 2-locularis, polysperma. (*Caps.* 2-locularis calyce coronata, basi rimis 2-4-dehiscens. *Recept.* 2, in singulo loco. *Dissepimentum* interruptum. Syst. veg. Flor. Per. p. 66. sub Stereoxylon.)

1. *serrata*, fol. serratis subretusis subtus aveniis. Smith. ic. p. 31. t. 31. Hab. ad fretum Magellanicum.

2. *myrtilloides*, fol. obovatis venosis denticulato-glandulosis, pedunc. 1-floris, petalis spathulatis. Stereoxylon patens. Fl. Peruv. 3. p. 13. t. 234. Escal. myrtilloides. Smith. pl. ic. fasc. 2. p. 30. t. 30. Willd. Spec. 2. p. 1149. Habit. in Amer. merid. collibus frigidis montosis. Lignum durissimum ad varia utensilia utilissimum.

3. *corymbosa*, foliis oblongis serrulatis, pedunc. 1-floris, calycibus denticulatis, petalis oblongis. Flor. Per. 3. p. 14. t. 234. Arb. tristis, Myrti facie.

4. *virgata*, fol. obovato-spathulatis serrulatis, pedunc. 1-floris calicyb. dentatis, petalis obovatis. Flor. Per. t. 235. sub *Ste-*

reoxylo. Hab. in montibus et sylvis humidis. Ramuli seniores post defoliationem spinas aemulantur.

5. *resinosa*, fol. oblongo-obovatis serrulatis, pedunc. racemosis, petalis obovato-oblongis. Flor. Per. l. c. f. a. sub Stereoxylon. Hab. in Peruv. collib. frigidis. Ramuli purpurascentes, resina illiti. Lignum durissimum.

6. *rubra*, fol. ovato-oblong. acuminat. serratis, pedunc. 2-7-floris, petalis spathulatis. Flor. Peruv. p. 15. t. 236. Stereoxylon rubrum. In R. Chilensis montibus, inter saxorum fissuras. Nect. conicum, 10-angulare, denticulatum.

7. *revoluta*, foliis obovatis denticulatis revolutis, racemis thyrsoideis; petalis lineari-spathulatis. Flor. Per. l. c. f. a. Cum priore in umbrosis et scaturiginibus prope Conceptionis urbem et ad littora. Folia amara.

8. *pulverulenta*, fol. oblongo-ellipticis serrulatis, pedunculis racemoso-spicatis, petal. obovatis. Fl. Per. 3. p. 15. t. 237. f. a. Cresc. in R. Chilensis sylvis. Rami juniores pulverulenti, pubescentes.

9. *pendula*, fol. lanceolatis acutissimis integris obsoleteque serrulatis, racem. pendulis longissimis, petalis linearibus. Flor. Per. f. b. Hab. in Peruv. nemoribus. Lign. durum.

523. CERVANTESIA. *Cal.* minimus, crescens. *Cor.* o. *Squamæ* nectariferæ 5, ovales crenatæ, infra lacinias calycis insidentes. *Stam.* plana, basi calycis inserta. *Nux* calyce carnoso 5-gono, colorato involuta, 1-locularis.

1. *tomentosa*, fol. linearibus oblongis, flor. racemosis subsessilibus. Flor. Peruv. 3. p. 19-20. t. 241. f. b. Habit. in Peruviae praeruptis circa Acobamba vicum, etiam in Cantae provinc. locis imis calidis. Stigm. simplex, obtusum, obsolete umbilicatum.

Obs. An hujus quoque loci Cervantesia *bicolor*, caule arboreo, fol. oblongis ferrugineo-tomentosis, flor. racemosis. Cav. ic. 5. p. 49-50. t. 475? Secundum quem stigm. emarginatum et veluti bicorne est. Conf. quoque. Fl. Per. l. c. Obs. 1.

524. ALZATEA. *Cal.* 5-fidus, 5-gonus. *Cor.* o. *Stam.* receptaculo inserta. *Caps.* obcordata 2-locularis, 2-valvis: valvulis medio septiferis. *Dissepimentum* contrarium. *Sem.* super-imposita, membrana cincta.

1. *verticillata*, fol. obovatis emarginatis, flor. corymbosis. Flor. Peruv. 3. p. 20. t. 241. f. a. Hab. in Peruviae nemoribus, prope Messapata praedium.

Obs. Arbor haecce primo ex truncis distinctis postea ad 4 ulnarum altitudinem in unicum truncum connexis, constabat. vid. l. c.

525. MYOSCHILOS. *Cal.* 5-phyllus, coloratus. *Cor.* o. *Stam.* receptaculo inserta. *Stigma* 2-3-fidum. *Drupa* 1-sperma, cal. coronata. *Nux* 1-locularis.

1. *oblonga*, fol. oblongis acuminatis repandis, flor. spicatis. Flor. Peruv. 3. p. 20. t. 242. f. a. Cresc. in R. Chilensis collib. et ripis arenosis prope Conceptionis urbem, etc. Cal. purpureus. Drupa, atropurpurea. Incolae fol. infuso, instar Sennae, frequens utuntur.

526. ACHRAS. *Cal.* 5-6-partitus: laciniis ovatis concavis incumbentibus. *Cor.* ovata, 5-fida: laciniis rotundatis: squamis totidem alternis ad faucem. *Pomum* mammosum 1-loculare. *Sem.* solitaria, hilo marginali, apiceque unguiculato. *Stigma* obtusum, striatum. (Stam. 4-6.)

1. *Lucuma*, florib. solitariis 2-3, foliis oblongo-obovatis, pomis mammosis. Flor. Peruv. 3. p. 17. t. 239 Lucuma. Juss. Gen. Hab. in Peruv. hortis et in R. Chilensis maritimis. Pomum mammosum saepe ovatum, acuminatum. Semina castaneas aemulantur. Arbor est procera, supra quam in ejus saepius detrimentum copiose vegetat Tillandsia Usneoides.

2. *Caimito*, flor. aggregatis tetrandris, fol. obovato-lanceolatis, pomis ovalib. Fl. Per. 3. p. 18. t. 240. Hab. in Andium montibus. Arbor frondosissima lactifera. Fruct. edules et in hac specie molliores et sapidiores.

3. *mammosa*, flor. solitariis, fol. cuneiformi-lanceolatis, flor. pentandris. Linn. A. Sapota major. Jacq. amer. t. 182. f. 19. Ed. picta. t. 59. Willd. Sp. tom. 2. p. 224. Pluck. alm. t. 268. f. 2. Hab. in America meridionali.

4. *Sapota*, flor. solitariis, fol. lanceolato-ovatis, florib. hexandris. Jacq. amer. t. 41. Ed. pict. t. 41. Brown. Jam. 2. p. 200. t 19. f. 3.

β. *Zapotilla*, brachiat. diffusus. Brown. Hab. cum priore.

5. *dissecta*, flor. confertis, cor. octodecemfidis, fol. obovatis emarginato-retusis. Forst. pl. escul. n°. 13. Linn. suppl. p. 230. A. *Balata*, foliis ovato - oblongis subtus cinereis, fructu viridi olivaeformi. Aubl. guj. 1. p. 308. Willd. l. c. p. 223. Hab. in ins. Philippinis et Amicorum, etiam in Gujana et Malabaria. Pedunculi axillares penduli, uniflori.

527. CHRYSOPHYLLUM. *Cor.* campanulata, 5-fida: laciniis alternis patulis. *Bacca* (magna 10-sperma, (etiam 1-2-sperma.)

1. *Cainito*, fol. ovatis parallele striatis, subtus tomentoso-nitidis, bac. subrotundis. Linn. Jacq. amer. 51. t. 37. f. 1. pict. t. 51. Willd. Sp. 2. p. 1083. Lam. ill. 2. p. 44. t. 120. Cainito folio subtus aureo. Plum. gen. 10. ic. 69.

β. *jamaicense*, fructu purpureo subovato. Jacq. l. c. Sloan. jam. 206. hist. 3. p. 170. t. 229.

γ. *caeruleum*, fructu caeruleo globoso. Jacq. amer. t. 37. Ed. picta. t. 52. Hab. in Martinica. ♄

Obs. Eadem planta aut saltem huic valde affine videtur Nycterisition *ferrugineum*. Flor. Per. 2. p. 46. t. 187. cujus fructus auctoribus hucusque ignotus est.

2. *monopyrenum*, fol. oblongis acuminatis subtus tomentoso-aureis, fructu ovato monopyreno. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 480. Hab. in fruticetis et collibus Jamaicae et Hispaniolae. ♄

3. *microcarpum*, foliis ovatis glabris subtus pubescentibus, bac. oblongis obliquis monospermis. Swartz. prod. Fl. ind. occ. 1. p. 482. Hab. in Hispaniola ad fluviorum ripas. Sapor fructus dulcissimus. ♄

4. *angustifolium*, fol. lanceolatis parallele striatis nitidis subtus tomentoso-ferrugineis, baccis olivaeformibus. Lam. ill. 2. p. 44. Hab. in St. Dominica. Baccae subdispermae. ♄

5. *oliviforme*, foliis ovato - oblongis, subtus tomentoso-nitidis, fructu monospermo olivaeformi. Lam. l. c. Burm. amer. t. 69. Hab. in Martinica. ♄

6. *argenteum*, fol. falcato-ovatis, subtus tomentoso-nitidis. Jacq. amer. 53. t. 38. f. 1. Ed. picta. t. 54. Habit. in Martinica. ♄

7. *rugosum*, foliis oblongis acuminatis utrinque glabris, fructu acuminato rugoso. Swartz. l. c. p. 484. Hab. in sylvis montium Jamaicae occident. ♄

8. *pyriforme*, fol. oblongis acuminatis utrinque glabris, fructu pyriformi laevi. Willd. p. 1084. C. Maccoucou. Aubl. p. 233. t. 92. Hab. ad ripas amnis Galibiensis Gujanae. ♄

9. *glabrum*, fol. ovato-oblongis acutis utrinque glabris, fructu elliptico laevi. Willd. Jacq. amer. 53. t. 38. f. 2. Ed. picta t. 55. Habit. in sylvis Martinicae. ♄

β. *pauciflorum*, fol. ovatis acuminatis utrinq. subglabris, axillis paucifloris. Lam. l. c. Hab. in Martinica.

528. SIDEROXYLON. *Cor.* subrotata 5-fida. Squamæ 5, petalis alternæ serratæ. (*Nect.* in plerisque 5-phyllum. L.) *Drupa* 5-sperma.

* *Inermia.*

1. *mite*, inerme, flor. sessilibus. Linn. Jacq. collect. 2. p. 249. Willd. Sp. p. 1089. Hab. in Africa. ♄

2. *inerme*, inerme, fol. perennantibus obovatis, pedunc. teretib. Lin. Jacq. coll. 2. p. 250. Lam. ill. 2. p. 41. t. 120, f. 1. Dill. elth. t. 265. f. 344. Hab. in Aethiopia. Fol. crassa rigida.

3. *cymosum*, inerme, fol oppositis petiolatis, cymis compositis et decompositis. L. suppl. 152. Hab. in monte tabulari Cap. b. spei. ♄

4. *sericeum*, inerme, fol. ovatis subtus tomentoso-sericeis. Ait. Kew. 1. p. 262. In N. Hollandia. ♄

5. *argenteum*, inerme, fol. ovatis retusis tomentosis, flor. pedunculatis. Thunb. prod. 36. et Rohmeria. Hab. ad Cap. bon. spei. ♄

6. *tomentosum*, inerme, foliis oblongis acuminatis obtusis, junioribus tomentosis, pedunc. aggregatis axillarib. Willd. p. 1090. Roxb. corom. 1. p. 28. t. 28. Hab. in Ind. orientali. ♄

7. *nitidum*, inerme, fol. ovato-oblong. glabris nitidis petiolatis, pedunc. confertis axillaribus. Lam. l. c. p. 42. Habit. in St. Domingo.

** *Spinosa.*

8. ***decandrum***, spinosum, fol. deciduis ellipticis. L. Willd. p. 1091. Hab. in Amer. septentrionali. Stam. 10. Bac. nigra.

9. ***multiflorum***, spinosum, fol. obovato-cuneatis coriaceis glabris, pedunc. divisis fasciculatis lateralib. Lam. ill. 2. p. 43. Hab. ad C. p. b. spei. †

529. BUMELIA. *Cor.* 5-fida. *Nect.* 5-phyllum. *Drupa* monosperma.

1. ***nigra***, fol. terminalibus oblongo-lanceolatis glabris margine undulatis, ramis laxis, ramulis virgatis floriferis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 487. Willd. Sp. p. 1085. Hab. in sylvis et locis montosis Jamaic. ♄

2. ***pallida***, fol. terminalibus ellipticis obtusis, pedunc. confertis lateralibus, ram. erectis. Swartz. p. 489. Hab. in campestrib. Jamaic. Distinguitur a B. nigra, quod arb. minor cortice albescente et flor. majores sint. Swartz. ♄

3. ***retusa***, fol. cuneato-ovatis retusis rigidis, pedunc. confertis axillaribus. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 490. Habit. in montosis Jamaic. occid. ♄

4. ***foetidissima***, fol. lanceolato-oblong. obtusis subemarginatis, pedunc. confertis axillarib. Willd. p. 1086. S. inerme, fol. suboppositis, florib. patentissimis. Linn. Mant. 49. Habit. in S. Domingo in sylvis montosis. ♄

5. ***salicifolia***, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, pedunc. confertis axillaribus et lateralib. Swartz. l. c. Fl. ind. occid. 1. p. 491. sub Bumelia. Achras salicifolia. L. Sp. pl. 470. S. Mastichodendrum. Jacq. coll. 2. p. 253. t. 17. f. 5. Lam. ill. 2. p. 41. Cornus. Catesb. carol. 2. p. 75. t. 75. Habit. in collib. aridis Jamaicae, insul. St. Crucis, et in ins. Bahamensib. ♄

6. ***montana***, foliis oblongis obtusis, pedunc. longioribus axillaribus distinctis. Sw. Fl. ind. occid. 1. p. 493. Hab. in montibus altiorib. Jam. austr. ♄

7. ***nervosa***, fol. alternis ellipticis subtus discoloribus, florib. aggregatis lateralibus axillaribusque tomentosis pedunculat. Vahl. ecl. 1. p. 28. Chrysophyllum Cainito. Aubl. Ch. macrophyllum. Lam. enc. 2. p. 44. Hab. in Cajenna. ♄

8. ***Lycioides***, spinosa erecta, fol. lato-lanceolatis utrinque glabris. Michaux, Flor. 1. p. 122. Duham. 2. t. 68. S. laeve. Walter. Hab. in Canada, Carolina.

9. ***reclinata***, spinosa diffusa, ram. sterilibus divaricatis, fol. parvulis obovalibus glaberrimis. Michaux „l. c. Vent. Choix de Pl. t. 22. In dumetosis Georgiae rupibus.

10. ***tenax*** (chrysophylloides), spinosa fol. cuneato-lanceolatis, plerumque obtusis subtus sericeo-nitentibus. Michaux, p. 123. Jacq. collect. 2. p. 252. Ej. obs. 3. t. 54. sub Sideroxylo. Willd. Sp. 2. p. 1085. Habit. in dumetis littoralib. Carolinae. Fol. Chrysophylli. Arb. 20-pedalis. M.

11. ***lanuginosa***, spinosa, ramulis patentissimis pubescentibus, fol. ovali-lanceol. subtus lanuginosis. Michaux, p. 122. In Georgiae humidis. Antecedenti affinis dicitur, quare eam huc retuli.

12. ***pentagona***, fol. lanceolatis acuminat. nitidis, pedunc. axillaribus, drupis pentagonis. Swartz. l. c. p. 494. Habit. in monte Josephi insulae Dominicae. ♄

13. ***rotundifolia***, foliis suborbiculatis marginatis venosis coriaceis utrinque glabris. Swartz. p. 495. In fruticetis montium Jamaicae. ♄

14. ***cuneata***, fol. cuneatis obovatis. Sw. l. c. p. 496. Hab. in fruticetis montium Jamaicae.

Obs. Hujus et praecedentis fructus nondum observatus est.

530. MANGLILLA. *Cal.* minimus, 5-partitus. *Cor.* rotata, 5 partita. *Nect.* squamulæ o. *Drupa* 1-locularis, 1-sperma. Juss. Gen. pl.

1. ***Jussieui***, fol. perennantibus oblongis glaberrimis, pedunc. fasciculatis brevibus. Chrysophyllum Mangnillo. Lam. ill. 2. p. 45. Bumelia. Willd. Sp. 2. p. 1087. n.° 7. Hab. in Peru. ♄

2. ***Milleriana***, fol. perennantibus lanceolato-ovatis acuminatis nitidis, cal. subrotundis. Lam. l. c. sub Chrysophyllo. Mill. ic. t. 299. Sideroxylon mite. Jacq. coll. 2. p. 249. Hab. ad Cap. b. spei. Pedunc. axillares, aggregati, albi. ♄

3. ***melanophleos***, foliis perennantibus lanceolatis undulatis glabris, pedunc. brevissimis (purpureis), cal. subacutis. Lam. l. c. sub Chrysophyllo. Sideroxylon laurifolium. Lam. enc. bot. 1. p. 244. S. menalophleum. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1089. Jacq. hort. t. 71. Hab. in Aethiopia.

Obs. Praeeunte Lamarkio 2. posteriores species ad hoc genus amandavi, quod fructu a Chrysophyllo et Nectarii defectu a Side-

oxylo differt. Huc etiam pertinet *Caballeria*. Flor. Per. prod. p. 141. t. 30. et syst. veget. Flor. Peruv. et Chilens., ubi p. 279–282. plures hujus generis enumeratae sunt species, quarum descriptiones et Icones in posterum expectari debent. An *Roemeria*. Thunb. idem genus?

531. TECTONA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* dentatum. *Drupa* sicca, spongiosa, intra calycem inflatum. *Nux* trilocularis.

1. *grandis*. Lin. suppl. 151. Roxb. corom. 1. p. 10. t. 6. Willd. Sp. 1088. Theka. Rheed. mal. 4. t. 27. Juss. gen. Lam. ill. t. 136. Habit. in vastis sylvis insularum Javae et Zeylonae, et in Malabaria et Coromandelia. Arbor.



Rhamneis (gen. 532–53.) cal. habent 1-phyllum, petala ut plurimum 5, aut 4–6, rarius o., calyci inserta ejusdem laciniis alterna, squamiformia. Stam. cal. quoque inserta, petal. alterna aut opposita, plerumque 5, in quibusdam 4, rarissime 6 (Prinos). Stigm. simplex aut 2–3 et 5, quo nonnulla hujus familiae genera in sequentib. ordinibus occurrunt. Discus glandulosus in multis. Fructus superus (rarius inferus) baccatus, drupaceus et capsularis. Embryo planus et rectus, perispermo carnoso cinctus. Arbores aut frutices fol. opposita s. alterna, stipulis saepe minimis distincta.

† *Stamina petalis opposita. Fructus baccatus aut drupaceus.*

532. RHAMNUS. *Cal.* campanulatus, 4–5-fidus. *Cor.* squamæ stamina munientes, calyci insertæ, (passim o.) *Stigma* 1-2-4-fidum. *Bacca* 3-4-sperma. (Flor. passim polygami, et dioici.)

* *Spinosi.*

1. *catharticus*, spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, fol. ovatis serratis. Linn. Willd. Spec. 2. p. 1092. Flor. dan. t. 850. Duham. arb. 1. t. 50. Hab. in sylvaticis. Stigm. 4-fidum.

2. *infectorius*, spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caulibus procumbentib. Jacq. coll. 3. p. 17. Spina infectoria pumila I. Clus. hist. 1. p. 111. Habit. in Hispania, Gallia, Carniolia, Italia. Fol. subtus villosa. Calyx cyathiformis edentulus. L. In hortis caulem erectum vidi. ♄

3. *lycioides*, spinis terminalibus, fol. linearibus integerrimis obtusis. Willd. Sp. 1093. Cav. ic. 2. p. 56. t. 182. Hab. in Hispania. ♄

4. *Erythroxylon*, spinis terminalibus, fol. lineari-lanceolatis serratis acutiusculis. Willd. l. c. Pall. ross. 2. p. 26. t. 62. et ejusdem. itin. 3. app. n°. 78. t. 1. f. 1. Hab. in Sibiriae rupibus apricis. ♄ !

5. *oleoides*, spinis terminalibus, foliis oblongis integerrimis. Linn. Hab. in Hispania. Similis R. censhartico, sed minor. Fol. ad gemmas 2. s. 3. Oleae similia.

6. *crenulatus*, ramulis spinescentibus, flor. quadrifidis trifidisve dioicis, fol. oblongis obtusis serratis sempervirentib. Ait. Kew. 1. p. 263. Hab. in ins. Teneriffa. ♄

7. *saxatilis*, fol. ovato-lanceolatis serratis, spinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. Jacq. Fl. Austr. 1. t. 53. Hab. in montib. Badensibus, Italicis, Helveticis.

Obs. Squamae petaloideae o. Stigm. 4-fidum. Drupa infera, sub 4-sperma: Frangula *saxatilis*. Cramer. enumer. pl. etc. Marburgi. 1803. p. 41.

8. *theezans*, spinis terminalibus, fol. ovatis serrulatis, ramis divaricatis. L. Mant. 207. Hab. in China, pauperibus Theae succedaneum. Sarmentosus. Ramis triati. Fl. in spica interrupto-glomerati. Stigma triplex. ♄

** *Inermes.*

9. *Sarcomphalus*, inermis, fol. ovalib. coriaceis integerrimis emarginat. L. Amoen. acad. 5. p. 395. Sarcomphalus. Brown. jam. 179. Hab. in America. ♄

10. *ferreus*, inermis, flor. hermaphroditis umbellatis axillaribus, fol. oblongo-ovatis emarginat. integerrim. glabris membranaceis. Vahl. symb. 3. p. 41. t. 58. Hab. in ins. St. Crucis. ♄

11. *laevigatus*, inermis, flor. hermaphroditis axillaribus subgeminis, fol. oblongis integerrimis coriaceis glabris. Vahl. l. c. p. 41. Cum priore. ♄

12. *tetragonus*, inermis, foliis ovatis integris glabris sessilibus, ramis tetragonis. Lin. suppl. 153. Habit. in Cap. b. spei. ♄

13. *polifolius*, inermis, flor. hermaphroditis axillaribus subsessilibus, fol. lanceolatis integerrimis subtus tomentoso-niveis. Vahl. In N. Zeelandia. ♄

14. *valentinus*, inermis, flor. hermaphroditis quadrifidis trigynis, capsul. trilo-

cularibus, fol. subrotundo-ovatis subcrenatis. Willd. p. 1096. Rh. pumilus. Cav. ic. 2. p. 65. t. 181. excl. syn. Hab. in regni Valentini montibus Meca et Palomera. ♄

15. *cubensis*, inermis, fol. hermaphroditis, caps triloculāribus, foliis rugosis integerrimis tomentosis. Lin. Jacq. hort. 3. t. 49. et ejusd. Am. pict. t. 75. Hab. in fruticetis maritim. Cubae. Habitus Viburni Lantanae. Fructus capsularis? Ceanothus?

16. *carolinianus*, inermis, fol. ovali-oblongis integriusculis glabris, umbell. pedunculatis, flor. hermaphroditis 4-andris 1-gynis. Michaux, Flor. 1. p. 153. Hab. in Carolina.

17. *minutiflorus*, fol. suboppositis ovalibus serratis, flor. minutissimis dioicis spicatis, stylo 3-fido. Michaux l. c. Hab. in Carolinae maritimis. Bacca 3-sperma.

18. *davuricus*, inermis, flor. quadrifidis dioicis, fol. oblongo-ovatis serratis venosis. Pall. ross. 2. p. 24. t. 61. Amman. ruth. t. 33. Hab. ad Argunum fluvium Davuriae. Simillimus R. cathartico, sed defectu spinarum distinctissimus. Willd. ♄

19. *alpinus*, inermis, florib. dioicis, fol. ovali-lanceolatis glanduloso-crenulatis. Jacq. Coll. 3. p. 15. Duham. ed. nova. p. 37. t. 13. Hall. helv. n°. 823. t. 40. Habit. in Alpib. Dioicus calyce 4-fido, stigm. 4-fido, ut R. cathartici.

20. *pumilus*, inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. petiolatis ovatis crenatis. Jacq. Collect. 2. p. 141. t. 11. Rh. rupestris. Scop. carn. n°. 262. t. 5. Hab. in monte Baldo, Carniolia. Differt a Frangula caulibus saxis adhaerentibus.

21. *Frangula*, inermis, flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. L. Flor. dan. t. 278. Duham. arb. 1. t. 100. Hab. in Europae borealis nemorosis humidiusculis. ♄

22. *latifolius*, inermis, flor. monogynis hermaphroditis, calycib. villosis, fol. ellipticis integerrimis. L'Herit. sert. p. 5. t. 8. Habit. in Azoribus in montib. St. Miguel R. Frangulae simillimus, sed calyces in R. Frangula glaber. L'Herit. ♄

23. *glandulosus*, inermis, flor. hermaphroditis racemosis, fol. ovatis obtuse serratis glabris basi glandulosis. Ait. Kew. 1. p. 265. Jard. de Malmaison. t. 34. Hab. in Madera et ins. Canariensibus. ♄

24. *racemosus*, inermis. fol. ovato-rotundis laevib. subtus tomentosis ciliaribus, petiolis foliisque ferrugineis. Duhamel. ed. nov. p. 48. Hab... Herb. Juss.

25. *cassinoides*, inermis, fol. ovatis coriaceis glaucis obsolete dentatis, ramulis angulatis, flor. axillaribus subsessilib. Lam. enc. 4. p. 474. Hab. ad St. Dominicam. Fol. albido-glauca, margine subrevoluta. Habitus Cassines, cujus forte species. *Loc. cit.* ♄

26. *Prinoides*, inermis, flor. polygamis, stylo subtriplici, fol. ovatis serratis. L'Her. sert. p. 6. t. 9. Celtis. Burm. afr. 242. t. 88. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

27. *mystacinus*, inermis, flor. hermaphroditis, stigmate triplici, foliis cordatis, ramis cirrhiferis. Ait. 1. p. 266. Habit. in Abyssinia. Caulis fruticosus, cirrhis scandens. Folia brevissime petiolata cordata. Ait. ♄

28. *alnifolius*, inermis, flor. hermaphroditis, fol. ovalibus acuminatis serratis subtus reticulatis. L'Her. sert. p. 5. cfr. Rh. franguloides. Michaux, 1. p. 152. Habit. in Amer. septentr.? Affin. R. alpino.

29. *sphaerospermus*, inermis, floribus hermaphroditis racemulosis, baccis subrotundis trilocularib. pellucidis, fol. oblongis serratis glabris. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 499. Hab. in fruticetis montosis Jamaic. temperatioris. ♄

30. *hybridus*, inermis, flor. androgynis, fol. alternis oblongis acuminatis vix perennantibus. L'Herit. sert. R. Burgundicus. H. P. Hab. in hortis. ♀

31. *Alaternus*, inermis, floribus dioicis, stigm. triplici, fol. serratis sempervirentib. α. *latifolius*, fol. ovato-oblongis aequaliter serratis. (R. Hispanicus.). β. *balearicus*, foliis rotundis spinoso-dentatis ramis subspinosis. Duham. ed. nov. p. 42. γ. *angustifolius*, fol. lanceolatis profunde serratis glabris. Ait. Kew. 1. p. 267. Habit. in Europa austr. ♄

32. *umbellatus*, caul. inermi, fol. oppositis ovato-acutis lineatis, flor. umbellatis. Cavan. ic. 6. p. 2. t. 504. Habit. in N. Hisp. Fol. obscure cordata. Cal. crassus, 5-partitus: lacin. interne bifoveolatis.

33. *trinervis*, inermis, foliis alternis ovatis serrulatis trinerviis, subtus tomentosis, flor. hermaphroditis axillarib. Cav. l. c. t. 505. f. 1. Habit. in ins. Luzon, prope Manillam. Germ. cinctum foveolis 10. Stigma incrassata, 2. C.

34. *sanguineus*, fol. ovatis oblongisque lineatis integerrimis, caule erecto, floribus

axillaribus fasciculatis hermaphroditis. Orteg. Dec. pl. p. 87. Hab. in Gallicia prope St. Jacob. urbem ad ripas etc. - Vernacule Sanguino a caule et ramorum colore sanguineo sic nuncupatus. Cort. cum lacte decoctus optimum remedium contra scabiem.

35. *cubensis*, fol. ovatis dentatis lineatis, racem. axillaribus, bac. striatis. Rh. *lineatifolius*. Orteg. l. c p. 89. Habit. in insul. Cuba. Fruct. 2-pedalis.

36. *lineatus*, inermis, flor. hermaphroditis, fol. ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. Lin. Obs. it. t. 7. Zizyphus lineatus. Willd. Spec. p. 1102. Pluck phyt. t. 122. f. 4 ? Encycl. bot. 4. p. 473. Hab. in India orient., China. Fol. subtus subvelutina : venis nigrescentibus. Stigm. simplex. Fruct. bacca !

*** *Aculeati*.

37. *capensis*, aculeis solitariis, fol. ovatis excisis integris glabris, umbellis axillaribus. Thunb. prod. 44. Hab. ad Cap. bon. spei. ♄ †

† Oenoplia. *Cal.* urceolatus, 5-fidus. *Petala* 5. *Discus* carnosus o. *Drupa* succosa, 2-locularis, altero loco saepius abortiente, 1-sperma.

38. *volubilis*, inermis, caule volubili, fol. ovatis repando-subcrenatis (integerrim. Lin.) striatis. Michaux, p. 153-154. Linn. suppl. p. 152. Jacq. ic. rar. 2. t. 336. Zizyphus volubilis. Willd. Sp. p. 1102. Hab. in Carolina et Ludoviscana.

Obs. Frutex flore Rhamni fructu Zizyphi. - Umbellae axillares. Willd. Racemi subterminales. Michaux. Flor. hermaphroditi. Aiton, flor. dioici. Mich. Fol. integerrima. Linn. Willd. repando-subcrenata. Mich. undulato-serrata. Walter !

†† Zizyphus. *Cal.* patens, 5-fidus. *Petala* 5. *Discus* carnosus orbicularis, pistillum ambiens. Styl. 2. *Drupa* nuce 1-2-sperma. Fol. alterna. Flor. axillares.

39. *Lotus*, aculeis geminis, altero-recurvo, fol. ovato-oblongis obsolete crenatis. Willd. Z. *Lotus*, aculeis geminatis, foliis ovalibus glabris obsolete dentatis, fructu rotundiore. Lam. encycl. 3. p. 304. Desfontaines in Acad. Scient. 1788, p 443. t. 21. et Flor. 1. p. 200. Rhamnus *Lotus*. Lin. Shaw. afr. 631. f. 631. β ? Mungo Parker iter. p. 85. vers. germ. Habit. in regno Tunetano et in interiore Africae. Fruct. edules. ♄

40. *Napeca*, aculeis subgeminis recurvis, pedunc. corymbosis, flor. semidigynis, fol ovatis obliquis subcrenatis utrinque laevib. Willd. p. 1104. Rhamnus *Napeca*. Linn. Pluck. alm. 199. t. 216. f. 6. Rumph. 2. t. 37. Hab. in Zeylona. ♄

41. *Jujuba*, aculeis solitariis recurvis, fol. subrotundo-ovatis obtusis subtus tomentosis, pedunc. aggregatis, flor. semidigynis. Willd. Sonnerat. it. t. 34. Rumph. 2. t. 36. Hab. in India. Fruct. ovato-subrotundus. ♄

4. *undulata*, fol. lineari-lanceolatis glabris undulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 376. Collect. suppl. 41. Hyacinthus revolutus. Thunb. prod. 64? Hab. ad Cap. b. spei. ♃

5. *media*, fol. lineari-subulatis semiteretibus. D. fol. subulatis antice subcanaliculatis glabris. Jacq. ic. rar. 2. t. 375. Coll. suppl. 40.

Obs. Totum genus ab Hyacinthis non satis distinctum est; insertio staminum enim in diversis speciebus Hyacinthi variat. Willd. p. 166.

828. HYACINTHUS. *Cor.* erecta campanulata aut subrotunda 6-fida, passim 6-partita: laciniis æqualibus. (Peri 3-melliferi germinis. Lir.) *Stam.* cor. medio inserta. *Caps.* loculi subbispermi.

* *Corolla 6-partita.* (Scylloïdei.)

1. *Non scriptus*, racemo cernuo: cor. campanulatis sexpartitis apice revolutis. L. Blackw. t. 61. Scilla nutans. Smith. brit. 1. p. 366. Engl. bot. t. 377. Hab. in Angliae, Galliae, Hispaniae, Italiae nemoribus, vere.

β. *cernuus*, minor, cor. campanulatis

sexpartitis (incarnatis) racemo cernuo. L. H. hispanicus. Clus. hist. 1. p. 177. Hab. in Hispania. Cor. huic basi ventricosior, praecedenti vero minime. L. ♃

2. *convallarioïdes*, cor. campanulatis sexpartitis, fol. subulatis. Willd. p. 168. Lin. suppl. p. 204. Jacq. Schoenb. 1. p. 42. t. 81. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. lutei.

3. *brevifolius*, cor. sexpartitis, racemo cernuo, fol. scapo brevioribus. Thunb. prod. 63. Cum priore.

** *Corol. campanulata 6-fida.*

4. *amethystinus*, cor. campanulatis semisexfidis basi cylindricis. H. oblongo caeruleo flore, minor. H. minor hispanicus angustifolius. Hab. in Hispania, Russia. ♃

5. *orientalis*, cor. infundibuliformibus semisexfidis basi ventricosis. Hab. in Asia, Africa.

6. *flexuosus*, cor. campanulatis, racemo erecto, fol. linearibus scapo longioribus. Thunb. prod. 64. Hab. ad Cap. b. spei. †

7. *corymbosus*, cor. infundibuliformibus corymbosis erectis, scapo fol. breviore. L. Jacq. Collect. 3. p. 230. t. 19. f. 2. Hab. in Cap. b. spei pascuis. Folia linearia, angustissima, saepius tria. Scapus fol. brevior. Flor. purpurei.

8. *romanus*, cor. campanulatis semisexfidis racemosis, stam. membranaceis. L. Willd. p. 169. Lam. enc. 3. p. 192. Hab. in Italiae cultis et hortis. Cor. campanulatae (cylindrico-ovatae. Capell.) ultra medium sexfidae, albae. L. Transitum ad sequentem divisionem facit.

*** Muscari. *Corol. ovatis aut cylindricis brevi incisis.*

9. *maritimus*, fol. subulatis, racemo tereti, cor. cylindricis: summis coloratis sessilibus abortivis. Muscari. Desf. atl. 1. p. 388. Hab. ad maris littora prope veterem Carthaginem. Cor. fere H. comosi.

10. *parviflorus*, fol. subulato-feliformibus, racemo terminali brevissimi, flor. distinctis. Muscari parviflorus. Desf. l. c. p. 309. Cresc cum priore. Affinis. H. racemoso, sed flor. longe rarioribus et cor. superne latiorib. differt. D.

11. *Muscari*, cor. ovatis omnibus aequalibus. Hort. cliff. 126. Hab. in Asia.

12. *comosus*, cor. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis erectis. L. In agris, passim in sylvis.

* *monstrosus*, flor. paniculatis monstrosis. L. Hort. cliff. 126. H. *paniculatus*, racemo paniculato sterile, pedunc. ramosis coloratis, cor. campanulatis basi acutis. Lam. enc. 3. p. 193. Moris. s. 4. t. 11. f. 2. Hab. in Italia (Paviae.)

13. *botryoïdes*, cor. globosis uniformibus, fol. canaliculato-cylindricis strictis. Scop. carn. n°. 424. Lob. ic. p. 108.

14. *racemosus*, cor. ovatis uniformibus confertis, summis sessilibus (sterilibus), fol. laxis dependentibus linearibus. Willd. p. 170. Jacq. austr. t. 187. Knorr. del. 1. t. T. 8. H. junciformis. Lam. l. c. p. 194. Hab. in Europa australi.

**** Zuccangnia. *Cor.* cylindrica. *Petala* tria exteriora longiora, lanceolato-setacea, saepe reflexa.

15. *viridis*, petal. exterioribus subulatis longissimis, fol. linearibus canaliculatis scapo longioribus. Lin. Jacq. ic. rar. 1. t. 66. Zuccangnia viridis. Thunb. Dis. N. genera pl. Pars. IX. Lachenalia viridis. Willd. Sp. II. p. 174. Hab. ad Cap. b. spei.

16. *lividus* (H. *serotinus.* L.), flor. secundis, petal. exteriorib. subdistinctis, interioribus coadunatis. L. Cav. ic. p. 18. t. 50. Lachenalia serotina. Willd. p. 175. Hab. in Hispania. Cor. fuscescens: pet. longitudine subaequalia. Flor. initio aestatis.

829. PHORMIUM. *Cor.* 6-petala, infera: petalis 3-interioribus longioribus. *Stam.* adscendentia, exserta. *Caps.* oblonga, triquetra. *Sem.* compressa.

1. *tenax.* Forst. gen. n°. 24. Cook. it. v. 2. t. 96. P. fol. plurimis, inflorescentia ramosa. Lin. suppl. 204. Hab. in N. Zeelandia. Fol. equitantia, ensiformia 2-3-pedalia. Incolae ex hac planta Lini speciem fabricant.

830. LACHENALIA. *Cor.* 6-petala, infera: petalis obtusis 3-interioribus longioribus. *Stam.* erecta. *Caps.* subovata, trialata. *Sem.* globosa.

1. *glaucina*, cor. campanulatis sessilib., petalis interioribus longioribus patulis obtusis, stylo staminib. longiore, fol. lineari-lanceolatis glabris. Willd. Sp. II. p. 172.

Jacq. ic. rar. 1. t. 391. Collect. suppl. 39. Hab. ad Cap. b. spei, cum. *sequentibus*. Petala exteriora glauco viridia, apicibus rubicundis, interiora albido-incarnata. Scap. immaculatus.

2. *orchioïdes*, cor. campanulatis sessilibus, stylo longitudine staminum fol. oblongo-lanceolatis margine cartilagineo-crenatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 390. Collect. 3. p. 241. Phormium Hyacinthoïdes. Lin. suppl. 204. Scapus maculatus.

3. *pallida*, cor. campanulatis brevissime pedunculatis, scapo apice angulato fol. lineari-oblongis breviore. Willd. L. mediana. Jacq. ic. rar. 2. t. 392. Collect. 3. p. 242.

4. *hyacinthoïdes*, cor. campanulatis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo duplo longioribus. Willd. p. 173. Jacq. ic. rar. 2. t. 382. Collect. suppl. 58. Hyacinthus orchioides. Jacq. hort. vind. 2. t. 178. Petala tria exteriora, alba externe apice rubicunda et macula viridi notata, interiora alba emarginata.

5. *angustifolia*, cor. campanulatis, petal. interioribus longioribus, patulis obovatis obtusis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longioribus. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 381. Collect. suppl. 47. Scapus rubro-maculatus. Petala alba patentia.

6. *contaminata*, cor. campanulato-cylindraceis, petalis interioribus lanceolatis obtusis erectis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longiorib. Willd. p. 174. L. orthopetala. Jacq. ic. 2. t. 383. Collect. 3. p. 240. Fol. supra maculis obscure rubentibus adspersa.

7. *pusilla*, cor. cylindricis, stam. cor. longioribus, fol. elliptico-linearibus basi attenuatis scapo longioribus patulis. Willd. Jacq. ic. 2. t. 385. Collect. suppl. p. 71. Fol. rubro-maculata. Scapus vix ullus. Flor. albidi adpressi.

8. *patula*, fol. geminis lineari-lanceolatis canaliculatis pulposo-carnosis, ad medietatem erectis, dein reflexis, cor. campanulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 384. Collect. 4. p. 149. Cor. alba, sub apice macula viridi et petal. interioribus ad apicem linea rubicunda notatis.

9. *fragrans*, fol. geminis lineari-lanceolatis planis maculatis glabris, scapo erecto, cor. pedicellatis subcampanulatis. Jacq. Schoenb. 1. p. 43. t. 82. Cor. candida.

10. *liliiflora*, fol. geminis ex oblongo lanceolatis dense facie pustulatis, scapo erecto tereti, cor. patenti-reflexis, petalis sublinearibus. Jacq. ic. 2. t. 387. Collect. suppl. 66. Cor. alba.

11. *pustulata*, fol. geminis lanceolato-linearibus pustulatis, scapo triquetro reclinato, flor. subcampanulatis subsessilib. Jacq. ic. rar. 2. 386. Coll. 3. p. 244. Cor. alba, apice viridis.

12. *purpureo-caerulea*, cor. campanulatis pedunculatis, petalis interioribus obtusis revolutis, stam. cor. longioribus, scapo apice angulato, fol. lanceolatis pustulatis. Willd. p. 177. Andrew. t. 251. Jacq. ic. 2. t. 388. Coll. suppl. 63. Scillam refert, odorata. Fol. erecta.

13. *unicolor*, fol. geminis lineari-lanceolatis, facie rariter pustulatis, scapo erecto tereti, cor. subcylindricis, petalis interioribus apice patulis, genitalib. declinatis. Jacq. ic. 2. t. 389. Coll. suppl. 61. Cor. violacea depressa.

14. *violacea*, fol. geminibus oblongis maculatis, scapo tereti adscendente, racemo erecto pedunculis patentissimis longitudine florum, flor. basi planis propendulis. Jacq. ic. 2. t. 394. Coll. 4. p. 147. Petala exteriora viridia, interiora violacea.

15. *purpurea*, fol. geminis lineari-lanceolatis immaculatis ad oras subtilissime cartilagineo-crenulatis, flor. pedunculatis patentissimis, cor. subcylindricis. Jacq. ic. 2. t. 393. Coll. suppl. p. 65. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. exteriora alba, interiora atrosanguinea.

16. *lanceaefolia*, cor. subcampanulatis patentibus, pedunc. corolla triplo longioribus, petalis linearibus obtusis subaequalibus, fol. ovatis acuminatis. Willd. p. 178. Jacq. ic. 2. t. 402. Coll. suppl. 69. Fol. variegata, latissima. Scapi prostrati.

17. *unifolia*, cor. cylindraceis, pedunc. longitudine corollae, petalis interioribus longioribus obtusis inaequalibus, folio solitario lineari-lanceolato. Willd. L. folio unico canaliculato, racemo laxo. Jacq. Schoenb. 1. p. 43. t. 83. Scapus punctatus.

18. *hirta*, cor. campanulatis pedunculatis, fol. linearibus hirtis. Thunb. prod. 64. Hab. in Cap. b. spei aquosis. Fol. unicum basi late vaginans. Flor. racemosi, albo-caerulescentes.

19. *isopetala*, cor. cylindraceis pedunculatis, petalis linearibus obtusis subae-

qualibus, scapo apice angulato, fol. lanceolatis deflexis. Willd. p. 179. Jacq. ic. rar. 2. t. 401. Collect. suppl. 68. Cor. albae, apice atro-purpureae.

20. *tricolor* (*aloïdes*), cor. cylindraceis pedunculatis pendulis, petalis interioribus longioribus emarginatis, bracteis acutis, fol. lanceolatis. Willd. p. 179. Phormium Aloides, fol. binis radicalibus supra fuscomaculatis. Lin. suppl. p. 205. Jacq. ic. rar. 1. t. 61. Les Liliacées. t. 2.

β ? *luteola*, fol. geminis elongato-lanceolatis subimmaculatis, scapo erecto, cor. propendulis cylindricis cum limbo petalorum interiorum patentissimis. Jacq. ic. 2. t. 395. Coll. 4. p. 148.

21. *rubida*, fol. patulis superne planis, cor. cylindraceis brevissime pedunculatis pendulis, petalis interioribus longioribus, stylo stam. longiore, fol. oblongis. Willd. p. 179. Jacq. ic. 2. t. 398. Coll. suppl. 60.

22. *tigrina*, fol. subgeminis, basi ad medietatem usque mutuo amplexantibus et convolutis, dein lanceolatis et patulis acutis maculatis, scapo erecto maculato, flor. cylindricis punctatis pendulis. Jacq. ic. 2. t. 399. Coll. suppl. 67. Willd. p. 180.

23. *punctata*, fol. geminis lineari-lanceolatis canaliculatis utrinque maculatis erectis, scapo erecto maculato paucifloro, flor. cylindricis incurvulis punctatis pendulis. Jacq. ic. 2. t. 397. Collect. 2. p. 323. Scapus rubromaculatus. Petala exteriora incarnata sanguineo-punctata, interiora albida rubropunctata apice flavescentia.

24. *pendula*, fol. ovato-oblongis, cor. cylindraceis, petalis tribus interioribus longiorib. integris, flor. pedunc. pendulis. Ait. Kew. 1. p. 461. Andrew. t. 41. Phormium bulbiferum. Cyrill. Neap. fasc. 1. t. 12.

β. *tricolor*, fol. immaculatis. Jacq. ic. 2. t. 400. Coll. 3. p. 239. Petal. exteriora rubra, interiora flavescentia apice violacea. Willd. L. pendula. Jacq.

25. *quadricolor*, fol. geminis lineari-lanceolatis maculatis, scapo erecto, cor. propendulis cylindricis cum limbo petal. interiorum patulo. Jacq. ic. 2. t. 396. Collect. suppl. 62. Andrew. t. 148.

831. LANARIA. *Cor.* supera, lanata, filamentis longior: limbo 6-partito, patulo. *Peric.* 3-loculare.

1. *plumosa*. Ait. Kew. 1. p. 462. Thunb. Argolasia. Juss. Hyacinthus lanatus, cor. lanatis, caule ramoso. L. Hab. ad Cap. b. spei. Scapus corymbosus.

832. VELTHEIMIA. *Cor.* tubulosa 6-dentata (pendula). *Stam.* tubo inserta. *Caps.* membranacea, trialata, loculis monospermis.

1. *viridifolia*, fol. lanceolatis plicato-undulatis obtusis, dentibus limbi rotundatis rectis. Willd. Sp. p. 181. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 41. t. 78. Aletris capensis. L. Hab. ad Cap. b. spei, uti sequentes.

2. *glauca*, acaulis, fol. lanceolatis glaucis, flor. nutantibus, limbo patente. Ait. Kew. 1. p. 463. Jacq. Schoenb. 1. p. 40. t. 77.

3. *sarmentosa*, acaulis, fol. ensiformibus laxis, flor. spicatis, radicibus sarmentosis. Aletris. Andrew. t. 54. Flor. nutantes rubentes, apice pallescunt. Flor. hyeme.

4. *Uvaria*, acaulis, fol. ensiformibus canaliculatis carinatis. L. sub Aletris. Knorr. del. 1. t. A. 13. Seb. thes. 1. p. 29. t. 19. f. 3. Flor. coccinei.

5. *pumila*, scapo breviore fol. linearibus acute carinatis. Ait. Kew. 1. p. 464. sub Aletris.

833. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis, subsexfida rugosa. *Filam.* laciniarum basi inserta. *Caps.* semiinfera, superne cal. marcido vestita, 3-locularis, polysperma.

1. *farinosa*, acaulis, fol. lanceolatis membranaceis, flor. alternis. Willd. II. p. 183. A. *alba*, flor. pedicellatis oblongo-tubulosis, cal. fructus laeviusculis farinosis. Michaux. Flor. 1. p. 190. Hab. in in Amer. septentrionali.

2 ? *fragrans*, caulescens, fol. lanceolatis. L. Hab. in Africa. Caul. 10-12-pedalis. Flor. sordide albi circa vesperam durante nocte explicati fragrantissimi. Fl. Maj. Jun. ♄

3. *aurea*, flor. subsessilibus breviter tubulatis subcampanulatis, cal. fructus rugosis scaberrimis. Michaux. Hab. in Carol.

Obs. Synonyma Plucknetii et Morisoni a Linnaeo ad Heloniam *bullatam* relata, huc pertinent. Michaux. l. c. p. 190.

834. YUCCA. *Cor.* campanulato-patens. *Stylus* nullus. *Caps.* 3-6-locularis, apice pertusa.

1. *gloriosa*, fol. lanceolatis latiusculis integerrimis. L. Willd. Sp. II. p. 183. Michaux. Flor. 1. p. 196. Barr. rar. 70. t. 1194. Hab. in Canada, Peru, et Carolinae littoralibus.

2. *aloïfolia*, arborescens, fol. lineari-lanceolatis crenulatis strictis. L. Dill. elth. t. 324. f. 416. Hab. in Jamaica, Vera Cruce, Carolina, etc.

3. *draconis*, arborescens, fol. crenatis nutantibus. L. Dill. elth. 437. t. 324. f. 417. Hab. in America. ♄

4. *filamentosa*, acaulis, fol. lanceolatis serrato-filiferis. L. Trew. Ehret. sel. t. 37. Hab. in Virginiae et Carolinae littoribus. ♄

835. ALOE. *Cor.* tubulosa, ore subsexfido patulo, fundo nectarifero. *Filam.* receptaculo inserta. *Caps.* supera, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Sem.* biserialia margine membranaceo. (Flor. ore nunc recto, nunc labiato. Fol. carnosa. s. succulenta crassa.)

1. *dichotoma*, caule dichotomo, fol. ensiformibus serratis, flor. paniculatis, stam. cor. ovata longioribus. Willd. Sp. pl. II. p. 184. A. ramosa. Lin. suppl. 206. Patters. iter. t. 3. 4. 5. Thunb. Diss. de Aloë. n°. 1. Hab. in monte Bockland Cap. b. spei. ♄

2. *spicata*, caulescens, fol. planis ensiformibus dentatis, flor. spicatis campanulatis horizontalibus. Thunb. Diss. n°. 2. Lin. suppl. p. 205. Hab. in Cap. b. spei interioribus regionibus. Ex hujus succo optima Gumma-resina Aloës paratur. Th. ♄ †

3. *umbellata*, caulescens, scapo nudo, fol. crassis maculatis margine spinosis, flor. racemoso-umbellatis. Plant. grasses, cum. ic. et descr. A. *maculosa*. Lam. enc. 1. p. 87. A. perfoliata. Lin. Var. ad Cap. b. spei cum omnibus fere speciebus. Flor. majusculi, rubri.

4. *fruticosa*, caulescens, fol. amplexicaulibus reflexis subrecurvis longis margine spinosis. A. arborescens. Plant. grass. ic. Mill. dict. n°. 3. Lam. l. c. Scap. bract. obtectus. A. *cornes de belier. Gall.* fol. formam non male exprimit.

5. *ferox*, caul. arborescente, fol. perfoliatis undique spinosis, staminib. cor. duplo longioribus. Plant. grass. ic. Lam. l. c. n°. 7. Com. prael. t. 19. A. perfoliata S. Act. Flor. spicati densi, parvuli, bract. setaceis suffulti.

6. *rhodacantha*: caulescens, fol. patulis amplexicaulibus margine rubris spinosis, scapo bract. magnis confertis obtecto. Plant. grass. Specium. Phit. ic. 71. Flor. subspicati, primo erecti.

7. *mitraeformis*, caulescens, fol. crassis margine spinosis inferne adpressis spinulosis, racemis umbellatis. Plant. grass. Lam. n°. 8. Dill. At. t. 17. f. 19. Scap. subramosus, bracteatus. Var. fol. connKiventibus et patulis.

Obs. Antecedentes et nonnullae sequentes plerumque ut varietates A. *perfoliatae* habitae sunt quare nomen ipsum supprimendum duxi.

8. *succotrina*, caul. fruticoso, fol. oblongo-ensiformibus submaculatis, margine cartilagineo spinoso. Plant. grass. ic. Lam. enc. 1. p. 85. Trew. t. 333. A. perfoliata, succotrina. Ait. Kew. 1. p. 466. Scap. bracteatus. Flor. penduli, rubri apice virescunt.

9. *vera* (*rubescens*), caul. brevi, fol. amplexicaulibus patulis lanceolatis, margine spinoso ex viridi purpurascentibus scapo compresso ramoso bracteis minutissimis. A. *rubescens.* Plant. grass. ic. A. vera. Lam. l. c. n°. 4. Hab. in Indiis. Flor. parvuli rubri.

10. *vulgaris* (*flava*), fol. patulis lanceolatis margine spinosis, scapo ramoso, ramis bract. duplici amplexis. Plant. grass. ic. Lam. l. c. n°. 3. p. 86. A. barbadensis. Mill. Act. p. 466. Hab. in India. Flor. majusculi, flavescunt.

* *abyssinica*, fol. lanceolatis patulis durinsculis submaculatis, margine spinisque rubris. Lam. l. c. n°. 5. A. vulgaris. β. Plant. grass. A. maculata vera. Forsk. Arab. p. 73. Hab. in Abyssinia.

11. *picta*, caulescens, fol. ensiformibus dentatis pictis patentibus, flor. racemosis reflexis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 4. Thunb. prod. 61. Plant. grass. ic. Fol. margine spinosa, maculata. Flor. obscure rubri, spicati.

12. *sinuata*, caulescens, fol. ensiformibus sinuato-serratis reflexis, floribus

racemosis erectis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 5. Thunb. prod. 61. A. barbadensis mitior lacte virens et splendens. Dill. elth. p. 23. t. 19. f. 20. Caul. spithamaeus flexuoso-erectus inaequalis. Thunb. ♄

13. *humilis*, acaulis, scapo bracteato, fol. trigonis subulatis aculeatis, flor. racemosis reflexis, cylindricis. Thunb. Diss. n°. 6. Les Plant. grass. ic. Flor. longi, rubri apice virides.

14. *arachnoides*, acaulis, fol. cespitosis glaucescentib. trigonis cuspidatis ciliatis, flor. subspicatis erectis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 7. Thunb. prod. 61. Plant. grasses. ic. Cor. labiata, albicans. Hab. ad Cap. b. spei in Carro juxta Swartkops Zoutpan. ♄

15. *atrovirens*, fol. caespitosis patulis brevibus apice trifariis: angulis spinosis, lateribus subtuberculatis. Plant. grass. ic. A. arachnoïdes. β. Thunb. Willd. p. 188. Cor. fuscescens sublabiata.

16. *brevifolia*, fol. caespitosis brevissimis glaucis apice trigonis, margine spinosis, scapo bract. numerosis. Plant. grass. ic. A. perfoliata. S. Lin. Comm. Nar. t. 45. Aloës artichaut. Gall. Flor. congesti penduli rubri.

17. *Serra*, caulesc., fol. caespitosis patulis margine spinosis: spinis inferioribus approximatis coalitis; superioribus remotis, medio subspinosis, scapo dense bracteato. Plant. grass. ic. Flor. rubri.

β? *verrucosa*, acaulis, fol. ensiformib. acutis papillosis distichis, flor. racemosis reflexis clavatis. Ait. Kew. 1. p. 468. Comm. hort. 2. p. 17. t. 9. A. carinata. β. *ensiformis*, fol. ensiformibus planiusculis. Plant. grasses.

18. *carinata*, acaulis, fol. subdistichis acinaciformibus papillosis, flor. racemosis cernuis curvatis. Ait. Kew. 1. p. 469. Plant. grass. ic. Dill. elth. 22. t. 18. f. 20. Flor. basi ventricosi rubri, apice virides.

19. *maculata*, acaulis, fol. linguaeformibus glabris pictis, floribus racemosis cernuis curvatis. Thunb. Diss. n°. 10. Thunb. prod. 5. Hab. ad Cap. b. spei in Hautniquas montibus. ♄ ♄

20. *Linguaeformis*, caulinis, fol. linguaeformibus subdenticulatis glabris distichis, flor. racemosis erectis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 11. Thunb. prod. 61. Ait. Kew. 1. p. 469. Lin. suppl. 206.

β. *disticha*, flor. racemosis pendulis ovato-cylindricis curvis. L. Linguaeformis. Plant. grass. ic.

21. *plicatilis*, subacaulis, fol. linguaeformibus inermibus laevibus distichis, flor. racemosis pendulis cylindricis. Ait. Kew. 1. p. 470. Plant. grasses. ic. Curt. mag. t. 457. Flor. rubri, suberecti.

22. *variegata*, subacaulis, fol. trifariis pictis canaliculatis, angulis cartilagineis, flor. racemosis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 12. Plant. grass. ic. Hab. in Aethiopiae argillosis. Flor. longi, subcurvi, penduli, rubelli. Fol. maculis albis variegata.

23. *viscosa*, subcaulescens, fol. imbricatis trifariis ovatis, flor. racemosis cernuis subbilabiatis. Plant. grass. ic. A. africana erecta triangularis et triangulari fol. viscoso. Com. prael. 82. t. 31. Dill. elth. 15. t. 13. f. 13. Hab. in Cap. b. spei campestrib. Fol. in cultis saltem non viscosa. Cor. acuminata. ♄

24. *rigida*, subcaulescens, fol. inermibus, superioribus subspiralibus, patulis rigidis acuminatis. Plant. grass. ic. Cor. bilabiata albido-virescens. Fol. superiora quoad iconem, rubescunt.

25. *spiralis*, subcaulescens, fol. ovatis, octofariis imbricatis, flor. racemosis recurvis. Thunb. A. *spiralis*, subcaulescens, fol. inermibus ovato-acutis imbricatis octofariis, flor. cylindricis obtusis transverse rugosis. Plant. grass. ic.

26. *margaritifera*, acaulis, fol. subtrigonis acuminatis, tuberculis cartilagineis undique adspersis. Mill. dict. n°. 14. Plant. grass. ic. Aloë *pumila*. Lin. cum varietatib. Flor. erecti? (cernui Ait.) albi subbilabiati. Quoad magnitudinem variat. vid. Willd. p. 188.

27. *retusa*, acaulis, fol. quinquefariis deltoideis. Thunb. prod. 61. Plant. grass. ic. Cor. albicans bilabiata: labio inferiore revoluto. Fol. apice depresso-triquetra. Hab. in Africae argillosis. ♄

836. AGAVE. *Cor.* erecta supera tubulosa aut infundibuliformis. *Filam.* cor. longiora, erecta. *Caps.* (infera) triangularis, polysperma. (Caps. situ a praecedente genere differt.)

1. *americana*, acaulis, fol. dentato-spinosis, scapo procero, staminib. corolla longioribus, stylo staminibus longiore. Lin.

Willd. Sp. II. p. 192. β. Aloë *variegata*, folior. margine luteo. Hab. in America calidiore. Hodie ab ea sepes iu Lusitania, et Helvetia. In vario usu apud Peruvianos est; vid. Flor. Peruv. 3. p. 66. Ex foliis fila et papyrus praeparari possunt.

2. *vivipara*, acaulis, fol. dentatis, scapo ramoso, tubo corollae medio angustato, staminibus corollam aequantibus Willd. Comm. prael. 65. t. 15. Rumph. 5. t. 94. Hab. in America. Panic. bulbifera. Fol. dilatata. ♄

3. *virginica*, acaulis herbacea, fol. cartilagineo-serratis, scapo simplissimo. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 378. Collect. 2. p. 261. Hab. in Virginia. ♃

4. *lurida*, subcaulescens, fol. dentato-spinosis, scapo ramoso, stylo staminibus breviore. Hab. in America meridionali. Simillima A. americanae, cor. virescens nec lutea.

5. *tuberosa*, caulescens, fol. dentato-spinosis, rad. tuberosa. Ait. Kew. 1. p. 472. Mill. dict. n°. 4. β. spinis duplicibus. Hab. in America. ♄ †

† FURCRAEA. *Cor.* campanulata, 6-partita, supera. *Stam.* glandulae inserta, deorsum incrassata, compressa, apice subulata. *Caps.* infera trilocularis, trivalvis, polysperma.

6. *faetida*, caulescens, fol. integerrimis. L. Furcraea gigantea. Vent. in Bull. Philom. n°. 28. Plantes grasses. ic. Jacq. ic. rar. 2. t. 339. Collect. 2. p. 312. Panic. ampla, multiflora. Cor. albido-virescens. ♄

7. *odorata*, acaulis, fol. ciliato-spinosis. Agave cubensis. Jacq. amer. Ed. pict. t. 260. f. 25. Willd. p. 193. A. *mexicana*. Lam. enc. 1. p. 52. Hab. in Ins. Cuba et Mexico.

Obs. Ob Corol. *hexapetalam* (quae odorem spirat gratum) et filam. (ex Jacquino) basi obovata, compressa, omniumque crassissima, desinentia in superiorem partem subulatam, hanc speciem huic divisioni, s. generi diverso? adnumeravi.

837. ALSTROEMERIA. *Cor.* 6-petala campanulata, aut subbilabiata: petalis 2-inferioribus basi semi tubulosis. *Stam.* declinata, aut erecta. *Stigm.* 3, linearia. *Caps.* subrotundo-ovalis, 3.6-angularis, 3-valvis, aut intus pulposa non debiscens. *Sem.* plura, globosa. (Flor. umbellati. Fol. saepius ob petiolos contortos resupinata.)

* *Caul. erecto aut assurgente.*

1. *peregrina*, caul. erecto-assurgente, fol. lineari-lanceolatis contortis, flor. 2-6. petal. exteriorib. obcordatis acuminatis. Flor. Peruv. 3. p. 58. t. 288. Jacq. hort. t. 50. Curt. mag. t. 139. Willd. Sp. II. p. 194. Hab. in Peruviae et chilensis collibus, praeruptis, maritimis arenosis et glareosis. Rad. tuberoso-pendula longissima.

Obs. Vox Pelegrina ab Hispanis in regno Peruviano usitata, significat flos superbus. Willd. l. c. vulgo *Peregrina* non Pelegrina appellatur. Flor. Per. l. c.

2. *Ligtu*, caule erecto, fol. spathulato-oblongis, pedunc. umbellae involucro longioribus, cor. bilabiata. Lin. suppl. 207. A. *Ligta*, caul. erecto, fol. lanceolato-linearibus flor. umbellatis, petal. subconformibus. Flor. Per. p. 59. Tew. obs. 2. pl. 4. Hab. in Lima et passim in arenosis conceptionis urbis R. chilens. Vernacule *Liutu* (farina e radice praeparata.) ♃

3. *revoluta*, caul. erecto, fol. lanceolatis, petal. reflexis: interioribus minorib. Flor. Per. 3. p. 59. Hab. in R. chilensis collibus Prov. Rere. Petal. purpurea, interiora a medio ad basin lutea: punct. purpureis variegata. Rad. hujus et 2 sequentium ut in priore.

4. *versicolor*, caul. erecto, fol. lanceolato-linearibus, umbel. 2-3-flora, petal. internis angustioribus: infimo breviore, latiore. Fl. Peruv. l. c. Cum priore, in collib. aridis altis. Pet. lutea macul. purpureis. ♃

5. *haemantha*, caul. erecto, fol. lineari-lanceolatis ciliatis, umb. subsexradiata, pedunc. bifloris, petal. exteriorib. serratis. Flor. Per. p. 60. Cresc. in collib. ruderatis. Petal. sanguinei colo is, 2-interiora longiora, lin. luteis variegata. Var. petal. albido-purpureis et luteo variegatis. l. c.

6. *Lineatiflora*, caul. erecto, fol. lanceolatis, umb. 4-7-radiata, pedunc. bifloris basi folio minori suffultis, petal. serratis lineatis. Flor. Per. p. 60. Hab. in Peruv. collibus. Rad. tuberoso-pendula. Petal. purpurea, 2-interiora col. luteo et purpureo variegato.

7. *distichifolia*, caul. adscendente, fol. distichis oblongo-lanceolatis, umb. 3-8-flora, petal. aequalibus: interiorib. planis.

Flor. Per. l. c. t. 287. In Andium nemoribus et in Munae montib. altis. Cor. punicea. Caps. non dehiscens. Sem. pauc. pulpa nidulantia. l. c. ♃

8. *secundifolia*, caul. dependente, fol. secundis lanceolatis acutissimis subtus albis, umbel. subquinqueflora, flor. hirsutis. Cum priore. Pet. 3-interiora lutea punct. nigris maculata, apice virid.a. Stigm. lanuginosa.

** *Caul. volubili.*

9. *Salsilla*, caule volubili, fol. petiolatis lanceolatis acuminatis, umb. ramosa, pedunc. involucro longioribus bracteatis laxis. Lin. suppl. 206. Pedunc. dichotomis trifloris. Flor. Per. p. 61. Fewill. peruv. 2. p. 713. t. 6. Hab. in Lima, et R. chilensis sylvis. Petal. obovata-cuneiformia, tria interiora ad basin macula violacea. Flor. Peruv.

10. *ovata*, caule volubili, fol. lanceolatis, superiori pagina lanuginosis, inferiori lucidis, flor. umbellatis, cor. tubulosis. Cav. ic. 1. p. 54. t. 76. Hab. in Peru. Petal. tria exteriora coccinea apice viridia; interiora viridia, punctis nigris variegata. Caps. magna 6-sulcata. Fol. obliqua. C.

11 *anceps*, caul. volubili ancipiti, fol. lanceolatis acutis, umb. 17-flora, pet. aequalibus punct. atro-purpureis. Flor. Peruv. p. 61. In Andium nemorib. Fol. lineata.

12. *rosea*, caul. volubili tereti, fol. ovato-lanceolatis, umb. 18-radiata, petal. interiorib. lineis nigris maculatis. Fl. Per. l. c. Cum priore. Pet. rosea. Fol. subtus pubescentia. ♃

13. *crocea*, caul. volub. tereti, fol. lineari-lanceolatis subtus pubescentibus, umb. multiflora, petal. aequalib. croceis. Fl. Per. l. c. Fol. sparsa, acutissima, basi contorta. Hab. in Peru.

14. *bracteata*, caul. volubili, fol. lanceolata-linearibus, umb. 5-partita sub 12-flora, petal. interioribus spathulatis. Fl. Per. Petal. purpurea, interiora viridia, basi lutea, marg. punct. violacea.

15. *fimbriata*, caul. volubili, fol. lanceolatis angustis, umb. multiflora, petal. interiorib. fimbriatis. Fl. Peruv. p. 63. Cor. luteo-croceo variegata. Petioli contorti. ♃

16. *latifolia*, caul. volubili, fol. oblongo-ovatis acuminatis, umb. multiradiata, pedunc. 1-3-floris, cor. rubro-viridi. Fl. Per. p. 64. In Peruv. collibus, Lomas dictis Pet. interiora punct. et lineis violaceis variegata. ♃

17. *tomentosa*, caul. subvolubili, fol. lanceolatis margine reflexis subtus tomentosis, umb. multiflora; radiis bifloris. Fl. Per. p. 62. t. 292. In Andium nemorib. locis frigidis et pluviosis. Pet. exteriora coccinea, interiora lutescentia. Sem. in pulpa dulci. eduli, nidulantur. Affinis A. *ovatae*. Cav. ♃

*** *Caul. scandente.*

18. *setacea*, caul. scandente, fol. lanceolatis, umb. simplici radiis numerosis, bracteol. setaceis, cor. parva. Flor. Per. p. 62. t. 292. Hab. in Peru. Andium nemorib. Pet. exteriora punicea, interiora spathuleta lutea. ♃

19. *denticulata*, caul. scandente, fol. lanceolato-ovatis acutissimis, margine repando-denticulatis, flor. umbellato-corymbosis. Flor. Per. l. c. t. 293. Cum priore in montib. altissimis, pluviosis. Cor. rubro-lutescens. ♃

20. *purpurea*, caul. scandente, fol. lanceolatis angulatis subtus pubescentib., flor. corymbosis subumbellatisque purpureis. Fl. Per. p. 63. t. 294. Hab. versus Pillae vicum. Caps. subturbinata, trigono-alata.

21. *macrocarpa*, caul. scandente, fol. oblongo-lanceolatis. umb. multiradiata, pedunc. bifloris longissimis. l. c. Cum priore. Cor. rubro-lutescen.. Caps. nunc. Igland. magnitudine intus pulposa. An diversa ab A. *ovata*. Cav.?

22. *cordifolia*, caul. scandente, fol. cordatis acuminatis, umb. sexradiata, pedunc. 2-3-floris. Flor Per. p. 64. t. 290. Cor. rubicundo-lutescens.

23. *formosa*, caul. scandente, fol lanceolatis longis, umb. semiglobosa, flor. numerosis puniceo-luteis punctatis. Flor. Per. p. 64. t. 266. Hab. in Andium nemorib. ad Munna.

Obs. Alstroemeria *pulchella* et *formosa*. Lin. suppl. pl. p. 206. et 207, heic sunt omissae, cum forte cum una alterave specie ex tam multis enumeratis, quarum ampla descriptio in Flor. Peruviana extat (ubi vero earum nulla mentio est facta) conveniant.

838. HEMEROCALLIS. *Cor.* campanulata: tubo cylindrico. *Stam.* declinata. *Stigma* parvulum, simplex, villosulum.

* *Fol. oblongis sublanceolatis.*

1. *flava*, fol. lato linearibus carinatis,

petalis planis acutis, nervisque petalorum indivisis. Willd. Sp. II. p. 197. Jacq. hort. t. 137. Les Liliacées. t. 15. Hab. in Helvetiae, Sibiriae, Hungariae campis. Cor. flava.

2. *graminea*, fol. angusto-linearibus carinatis gramineis, petal. tribus interioribus majoribus undulatis. Andrew. t. 244. Hab. in Europa septentrionali. Media inter priorem et sequentem speciem, cum qua flore fere conveniunt. Cor. extus brunnea, odorata. A. ☩

3. *fulva*, fol. linearibus (lanceolatis) carinatis, petalis tribus interioribus obtusis undulatis, nervisque petalorum exteriorib. ramosis. Willd. Les Liliacées. t. 16. Hab. in China. Flor. e longinquo Lilium bulbiferum s. croceum referunt. ♃

4. *lancifolia*, fol. oblongis utrinque attenuatis. Willd. Hab. in Japonia. ♃

** *Fol. latis subcordatis petiolatis.*

5. *alba*, fol. ovato-cordatis, cor. tubo longo, bract. pedicellis longioribus. Andrew. t. 194. H. *japonica.* Thunb. Willd. p. 198. Les Liliacées. t. 3. Hab. in Japonia. Cor. Candida, odorata. Flor. Jul., Aug. in caldariis.

Obs. Secundum mentem clar. Andrew l. c. ut synonyma huc referenda sunt Lilium longiflorum et L. japonicum. Willd. L. candidum. Thunb. Fl. japon.?

6. *caerulea*, fol. cordatis, membranaceis brevibus, cor. limbo campanulato. H. caerulea. Vent. Malm. t. 18. Andrew. t. 6. Hab. in China. An huc Lilium cordifolium. Willd. Vid. Andrew. Obs. l. c.

839. ACORUS. *Spadix* cylindricus, tectus flosculis. *Cor.* 6-petala, nuda. *Stylus* o. *Caps.* 3-locularis.

1. *Calamus*, scapi mucrone longissimo foliaceo. Ait. Kew. 1. p. 474. Moris. s. 8. t. 13. f. 4. β. A. asiaticus, radice tenuiore. Herm. lugdb. 9. Rumph. amb. 5. t. 72. f. 1. Rheed. 11. t. 60. Habit. in Europae, et Indiae fossis. ♃

2. *gramineus*, scapi mucrone spadicem vix excedente. Ait. Kew. 1. p. 474. Hab. in China. Vere flor. profert praecedentis similes. ♃

840. ORONTIUM. *Spadix* cylindricus, tectus flosculis. *Cor.* 6-petala, nuda. *Stylus* nullus. *Folliculi* 1-spermi.

1. *aquaticum*, fol. lanceolato-ovatis venosis. Ait. Kew. 1. p. 474. Willd. p. 199. Lam. ill. gen. t. 251. Hab. in Virginiae, Canadae paludibus, scaturiginibus. ♃

2. *japonicum*, fol. ensiformibus venosis. Thunb. jap. 144. Banks. Ic. Kaempf. t. 12. Hab. in Japonia. Fol. sunt nervosa nec venosa. Willd. ♃

841. TACCA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 6-petala, calyci inserta, anthera. *Stigma* stellatum. *Bacca* sicca, 6-angularis, polysperma, infera.

1. *pinnatifida.* Lin. suppl. p. 251. Lam. ill. t. 232. Leontice Leontopetaloides, fol. simplicibus tripartito-multifidis, cor. monopetalis calyculatis. L. Sp. pl. p. 448. Tacca littorea. Rumph. amb. 5. t. 114. Hab. in India orientali et Taheiti. Fol. similis Dracontio polyphyllo. ♃

842. CORYPHA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 1-sperma. *Sem.* globosum, magnum, osseum.

1. *umbraculifera*, frondibus pinnato-palmatis plicatis, petiolis ciliato-spinosis, spadice erecta. Lam. enc. 2. p. 130. Rheed. 3. t. 1-12. Hab. in India. Altitudine 60-70 pedum, et vix floret ante 30. s. 40 aetatis annum, ubi tunc perit. Fol. amplissimum.

2. *rotundifolia*, frondib. orbiculatis palmato-peltatis radiatim plicatilibus petiolis ciliato-spinosis, spadice pendulo. Lam. enc. 2. p. 131. C. Saribus. Gmel. Syst. II. p. 569. Saribus Rumph. 1. t. 8. Houttuyn. t. 2. f. 1. 2. Hab. in Moluccis. ♄

Obs. C. *minor*, frondib. palmatis flabelliformibus plicatis subtrifidis, filis interjectis paucis, stipitib. inermibus. Jacq. hort. ut peculiare genus nunc sub nomine *Sabal* a coryphis separatur.

843. LICUALA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-partita. *Nect.* truncatum sertiforme. *Drupa* 1-sperma.

1. *spinosa.* Willd. Sp. II. p. 201. Thunb. N. pl. Gen. 3. p. 70. Rumph. 1. p. 43. t. 9. Hab. in Moluccis. Frons palmata, laciniis linearibus apice truncatis dentatis. W. ♄

844. THRINAX. *Cal.* 6-dentatus.

Cor. o. *Stigma* infundibuliforme, obliquum. *Bacca* monosperma.

1. *parviflora.* Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 614. Willd. p. 202. Corypha palmacea, fol. flabelliformibus cum appendiculo ad imum, petiolis tenuioribus flexilibus compressis. Brown. jam. 190. Hab. in maritimis et aridis Jamaicae, Hispaniolae. Palma 10-20 pedalis. ♄

845. CALAMUS. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1-sperma, retrorsum imbricata.

1. *Rotang*, caudice densissime aculeato, aculeis erectis, spadice erecto. Willd. Sp. II. p. 202. C. petraeus. Loureiro cochin. p. 260. Rheed. t. 64. 65. Rumph. amb. 5. p. 88. t. 151. Hab. in Indiae sylvis juxta fluentia. ♄

2. *verus*, frondibus longissimis, spinis confertis longis, spadice brevi, corolla tripetala. Loureiro. Flor. cochin. p. 261. Rumph. 5. t. 54. Hab. ad fluviorum ripas Indiae orientalis. Caudex solitarius. Rumph. l. c. ♄

3. *Draco*, aculeis caudicis adpressis, frondium patentibus, spadice erecto. Willd. p. 203. Rumph. 5. t. 58. f. 1. Hab. in India orientali. ♄

4. *niger*, aculeis caudicis et frondium horizontalibus, spadice coarctato pendulo. Rumph. 5. p. 101. t. 52. In littoribus Indiae orientalis. Aculei fusco-nigricantes. ♄

5. *viminalis*, aculeis caudicis patentib., frondium distantibus reflexis, spadice nutante. Rumph. 5. t. 55. Hab. in sylvis humentibus Javae et Celebis. ♄

6. *albus*, aculeis caudicis reflexis, spadice divaricato recto. C. rudentum, caule longissimo aequali, spinis inversis. Lour. cochin. p. 260. Rumph. 5. p. 122. t. 52. Vulgatissima species.

7. *equestris*, aculeis caudicis erecto-patentibus, frondium uncinatis, foliolis ellipticis utrinque attenuatis, spadice erecto. Willd. p. 204. Rumph. 5. t. 56. et t. 57. f. 1. Hab. in humidis saxosis Amboinae. ♄

8. *Zalacca*, aculeis patentibus, spadice radicali. W. Gaert. de fr. et sem. 2. p. 267. t. 139. f. 2. Hab. in sylvis humentibus Javae orientalis, Balegae et Bandae. Fruct. trispermus.

846. IUNCUS. *Cal.* 6-phyllus, persistens. *Cor.* o. *Stigmata* 3. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* plurima.

* *Culmis nudis*, (*panicula utplurimum laterali.*)

1. *acutus*, culmo nudo tereti mucronato, panicula terminali, involucro diphyllo spinoso, caps. subrotundis mucronatis. Smith. brit. 1. p. 324. Barel. ic. t. 203. f. 2. Hab. in arenosis maritimis. Caps. triquetro-subrotunda.

2. *maritimus*, culm. nudo tereti, panic. terminali prolifera, involucr. diphyllo spinoso erecto, caps. oblongis. Smith. l. c. p. 375. Moris. s. 8. t. 10. f. 15. Cum priore. Caps. prismatica, oblonga.

3. *conglomeratus*, culmo nudo stricto, panicula laterali coarctato-capitata, flor. triandris. Leers. herb. t. 13. f. 1. Fl. dan. t. 1094. Hab. in Europae uliginosis, in pascuis, etc.

4. *effusus*, culmo nudo stricto, panicula laterali, flor. oblongis, caps. obtuta. Flor. dan. t. 1096. Leers. t. 13. f. 2. Hab. in Europae et Americae uliginosis. ♃

5. *glaucus*, culmo nudo glauco apice inflexo, panicula laterali effusa, ramis elongatis, flor. et caps. acuminatis. Willd. p. 206. Flor. dan. t. 1159. Engl. bot. t. 665. Hab. in udis. ♃

6. *inflexus*, culmo nudo, apice membranaceo incurvo, panicula laterali. Moris. s. 8. t. 10. f. 25. Barr. ic. 204. Hab. in Europa australi. Planta obscura. ♃ †

7. *rigidus*, culm. nudo superne incurvo pungente, panic. laterali elongata, pedunc. compressis nodosis, cal. mucronato. Desf. Atl. 1. p. 312. In arenis ad maris littora. Caps.? Fol.?

8. *arcticus*, culmo nudo stricto, umbella laterali, pedunc. multifloris, flor. sessilibus. Willd. p. 206. Fl. dan. t. 1095. Hab. in alpibus Norvegiae, Lapponiae. J. Jacquini simillimus. ♃

9. *filiformis*, culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali, bracteata subimplici, caps. subrotundis. Smith. brit. 1. p. 372. Pluck. Phyt. t. 40. f. 8. In Europae uliginoso-paludosis turfosis, alpinis. Habitus praecedentium sed minor. Rad. valde repens. Sm.

10. *setaceus*, culmo nudo filiformi nutante, umbel. laterali composita pauciflora, pedunc. multifloris, petal. subulatis. Rostock de Junco. Berol. 1801. p. 13. t. 1.

f. 2. Hab. in Pensylvania. Affinis priori, sed pedunc. ramosis, etc. differt. ♃

11. *capillaceus*, culmo nudo capillaceo, panicula laterali brevissima, caps. calyce majoribus. Lam. enc. 3. p. 266. Hab. in Brasilia prope Monte-Video.

12. *grandiflorus*, culmo nudo unifloro, fol. teretibus, foliolis calycinis lineari-subulatis longissimis inaequalibus. Lam. enc. 3. p. 266. Lin. suppl. 209. Forst. in Comment. Goett. 9. p. 27. t. 5. Hab. in freto Magellanico inque Terra del Fuego. Flos culmum terminans, unicus, magnus.

13. *magellanicus*, culmo nudo unifloro, fol. planiusculis angustissimis culmo longioribus, flore laterali. Lam. l. c. 3. p. 266. Hab. in freto Magellanico. Culmi filiformes angulosi nudi. Germen subrotundum atrum.

14. *rubens*, culmo nudo basi vaginis vestito, involucro spathaceo multifloro terminali. Lam. p. 266. Hab. in Brasilia prope Monte-Video. Capitula sunt e flor. binis vel tribus composita, et squamis totidem longitudine fere florum munita. L.

15. *trifidus*, culmo nudo, fol. floribusque tribus terminalibus. L. Flor. dan. t. 107. Hab. in alpinis. Fol. longa, stricta.

*. *monanthos*, culm. folioso 1-floro, fol. subulatis. Hoffm. germ. 1. p. 165. Jacq. obs. n°. 33. s. 4. f. 1.

16. *squarrosus*, culmo nudo, fol. setaceis subdistichis, capitulis terminalibus glomeratis aphyllis. Flor. dan. t. 430. Hab. in arenosis, uliginosis. Fol. rigida, squarrosa. ♃

17. *cymosus*, culm. nudo subanguloso, fol. planis, panic. terminali cymosa, involucr. bivalvi. Lam. enc. 3. p. 267. Hab. ad Cap. b. spei. Culm. 8-9-uncialis. Panic. subumbelliformis.

18. *pygmaeus* (*pallens*), caespitosus, fol. lineari-setaceis, capitul. pedunculatis: primario sessili, flosc. linearibus obtusis. Thuill. Flor. Paris. Habit. in uliginosis. Culm. nudus, basi ruber. Involucr. 1-2-phyllum, alterum longius.

19. *capensis*, culmo aphyllo compresso, capitulis sessilibus pedunculatisque. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

20. *marginatus*, fol. planis glabris, corymbo terminali simplice prolifero, capit. sub-10-floris, petal. caps. obtusam aequantibus. Rostok. Junc. p. 30. t. 2. f. 3. Hab. in Pensylvania.

21. *nodosus*, fol. nodoso-articulatis teretibus, corymbo simplice, capitul. globosis, caps. acuminatis corol. longioribus. Rostok. l. c. t. 2. f. 2. Hab. in Amer. boreali.

β? *polycephalos*, fol. nodoso-articulatis, capit. globosis multifloris subpaniculatis, flor. linearib. 3-andris. Michaux. 1. p. 192. Var. fol. crassioribus compressis et (*tenuifolius*) fol. subfiliformibus. Hab. in Georgia et Carolina.

22. *alpinus*, humilis, fol. articulatis, panic. simplicissimam subaequantib., capit. laterali terminalique subpedunculata. Villars. Delph. 2. p. 233. Hall. helv. n°. 1321. J. articulatus. β. Willd. p. 211. Hab. in Helv. et Delphin. alpinis, eum quoque legi in uliginosis in Monte aureo (Mont-d'or en Auvergne). Flor. nigricant. Culm. 5-6-pollicaris. Caps. obtusae. ♃

** *Culmis foliosis.*

23. *punctorius*, culmo nudo tereti, folio tereti articulato mucronato, panicula glomerata. Lin. suppl. 208. Conf. Lam. l. c. p. 269. Affinitas J. articulati sed omnia robustiora. L.

24. *aquaticus*, culmo adscendente, fol. nodoso-articulatis compresso-teretiusculis, panicula composita, petal. (foliolis calycinis) aequalib. obtusiusculis. Willd. p. 211. (J. articulatus.) I. *aquaticus*. Roth. germ. p. 403. I. *obtusiflorus*, fol. nodoso-articulatis, flor. obtusis. Hoffm. germ. p. 166. Hab. in Europae aquosis. ♃

25. *sylvaticus*, culmo erecto, fol. nodoso-articulatis teretibus, panicula supradecomposita, petalis aristatis interioribus longioribus. Willd. I. *acutiflorus*, fol. nodoso-articulatis, flor. acutis. Hoffm. β. *utriculosa*, flor. in fol. excrescentibus. Gramen junceum folio articuloso cum utriculis. Bauh. prod. 12. Hab. in nemoribus humidis, in uliginosis. ♃

26. *verticillatus*, culmo decumbente radicante, fol. setaceis, flor. glomeratis verticillatis, glomerulis foliosis. Willd. p. 212. I. *uliginosus*. Roth. Flor. dan. t. 817. β. *fluitans*, caul. longiss. radicante. Lam. enc. 3. p. 26. Mich. p. 191. J. *stolonifer*. Wohlleben. Flor. Hallens. suppl. p. 13. c. ic. Wulff. in Jacq. Collect. 3. p. 51. γ. *supinus*, culmo erecto humiliore, dichotomo, fol. canaliculatis filiformibus, capitulo triphyllo. Moench. hass. Fl. dan. t. 1099. Hab. in Europa et America boreali, locis uliginosis et palludibus, γ in siccioribus. ♃

27. *acuminatus*,

27. *acuminatus*, culm. folioso erecto, fol. subnodoso-articulatis, panic. terminali composita: glomerulis pedunculatis sessilibusque, flor. acuminatis triandris. Michaux. Flor. 1. p. 192. Hab. in Carol. inferiore. Facie J. articulati.

28. *Tenageja* (*Vaillantii*), culmo ramoso paniculato, flor. solitariis sessilibus, petalis ovato-oblongis, capsula subglobosa. Lin. suppl. p. 208. Flor. dan. t. 1160. Vaill. paris. t. 20. f. 1. J. Vaillantii. Thuill. par. Hab. in paludosis exsiccatis. ⊙

29. *aristatus*, rad. bulbosa, culm. folioso erecto compresso, fol. angustis subcanaliculatis, panic. composita, flor. triandris, cal. bracteisque aristatis. Michaux. l. c. Hab. in Georg. et Carolina. Facie J. bulbosi. Petala exteriora aristata.

30. *bulbosus*, culmo subcompresso indiviso, fol. linearibus canaliculatis, corymbo terminali, petal. obtusis capsula subrotunda obtusa brevioribus. Willd. p. 213. I. fol. linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. L. Flor. dan. t. 431. I. compressus. Jacq. Moris. s. 8. t. 9. f. 11. Hab. in pascuis, humidis ad vias. Rad. bulbosa? ♃

31. *multiflorus*, culm. inferne nodoso folioso, fol. teretibus, panic. terminali elongata erecta, pedunc. inaequalibus multifariam decompositis fasciculatis. Desf. Atl. 1. p. 313. t. 91. Hab. in Barbariae paludibus. Flor. J. effusi s. glauci. D.

32. *foliosus*, culm. nodoso ramoso folioso, fol. canaliculatis, panic. terminali erecta, lacin. cal. aciformibus. Desf. p. 313. t. 92. Hab. in Algeriae paludibus. Flor. J. buformi.

33. *tenuis*, culm. folioso simplice teretuisculo, fol. canaliculatis, corymb. terminali dichotomo bract. breviore, caps. oblonga obtusa petal. breviore. Rostk. Iunc. p. 24. t. 1. f. 3. J. *bicornis*, fol. radicalib. subsetaceis, culm. *nudo*, involucr. setaceo 2-phyllo, etc. Michaux. 1. p. 191. Hab. in Georgia Carolina. Cal. acutissimis. M.

34. *bufonius*, culmo dichotomo, fol. angulatis, flor. oblongis solitariis sessilibus. L. Flor. dan. t. 1098. Hab. in inundatis, ad vias.

35. *cephalotes*, culmo aphyllo tereti, fol. canaliculatis, capitulis subumbellatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♁

36. *stygius*, fol. setaceis depressiusculis, pedunculis geminis terminalibus, glumis solitariis subbifloris. L. Smith. Ic. med. 3. p. 55. Hab. in Suec. paludibus. Culmi spithamei, simplices. Folia altitudine culmi, erecta. Petala exteriora purpurascentia, interiora pallida. Stigm. reflexa. L.

37. *triceps*, fol. canaliculatis basi ventricosis, capitulis tribus multifloris involucratis terminalibus. Rostkow. p. 48. t. 1. f. 4. Hab. in Sibiria. Involucr. 2-valve, capitul. quodlibet basi cingens, illoque 3-plo longius. Petal. castanea. R.

38. *castaneus*, fol. planis amplexicaulibus, capit. terminali subgemino multifloro basi foliato, bract. acutis. Smith. brit. 1. p. 383. Hab. in Scotiae alpib. paludosis. Rad. laxe repens, sarmentosa.

39. *Jacquini*, culm. 1-folio, fol. canaliculatis, capit. terminali solitario multifloro. Rostak. l. c. p. 49. Willd. p. 215. Jacq. Flor. austr. 3. t. 221. J. nigricans. Lam. Cresc. in alpibus. Capitul. splendens, nigricans.

40. *biglumis*, folio subulato, gluma biflora terminali. L. Flor. dan. t. 120. Hab. in alpibus helv. et scoticis. ♃

41. *triglumis*, fol. planis, gluma triflora terminali. L. Flor. dan. t. 132. Hab. in alpibus. ♃


42. *pilosus*, fol. planis pilosis, corymbo subsimplici, pedunc. unifloris nutantibus, petal. capsula brevioribus ovatis acutis. Willd. p. 289. Curt. Lond. ic. Leers. herb. t. 13. f. 19.

β. *vernalis*, fol. planis pilosis, pedunc. simplicibus, inferioribus reflexis. Hoffm. germ. p. 168. Hab. in sylvis. Vere. ♃

43. *maximus* (nemorosus), fol. planis pilosis, corymbo decomposito, pedunculis elongatis divaricatis subtrifloris, petal. aristatis longitudine capsulae. Willd. p. 117. I. *maximus*, fol. planis pilosis. Retz. Fl. dan. 441. I. maximus. Roth. germ. I. p. 157. I. latifolius. Wulff. in Jacq. Coll. 3. p. 59. I. sylvaticus. Curt. lond. ic. Smith. brit. p. 385. Hab. in montosis sylvaticis. ♃

44. *spadiceus*, fol. planis glabris, vaginis pilosis, corymbo decomposito divaricato, pedunc. subquadrifloris, petal. mucronatis capsula acuta brevioribus. Willd. p. 218. Villars. delph. 2. p. 236. t. 6. Habit. in alpibus et montosis. ♃

45. *parviflorus*, fol. planis vaginisque glabris, corymbo decomposito erecto, pedunc. unifloris, calyc. foliolis acutis muticis. Willd. p. 219. Rostkow. de Junc. p. 26. t. 1. f. 1. Ehrh. Beit. 6. p. 139. Hab. in alpibus Lapponiae. ♃



46. *glabratus*, fol. planis culmoque glaberrimis, corymbo decomposito divaricato, pedunc. subunifloris, cal. ciliatis, petal. acuminatis. Rostko. l. c. p. 28. Habit. in alpib. salisburgensib. Simil. J. maximo, sed fol. glabris et pedunc. plerumque 1-floris diversus. R.

47. *luteus*, fol. planis, vaginisque glabris, corymbo composito conferto, pedunculis multifloris, petal. acutiusculis splendentib. Willd. Allion. ped. n°. 2085. Villars. l. c. Hab. in alpibus.

48. *serratus*, fol. ensiformibus planis serratis subtus canis, paniculae vaginis subulatis perfoliatis. Lin. suppl. p. 208. Hab. ad Cap. b. spei. Panic. conglomerata.

49. *albidus*, fol. planis pilosis, corymbo decomposito, pedunc. subquadrifloris, calyc. foliolis mucronatis, interioribus paulo longioribus, radice fibrosa. Willd. Hoffm. germ. I. angustifolius. Wulff. in Jacq. Collect. 3. p. 56. I. niveus. Leers. herb. t. 13. f. 6. et plurium autorum. Hab. in nemorosis.

50. *niveus*, fol. planis pilosis, corymbo composito, pedunc. subquinquefloris, calyc. foliolis acutis, interioribus duplo longioribus, radice repente. Willd. p. 770. Scheuch. gram. 320. t. 7. f. 7. Moris. s. 8. t. 9. f. 39. Hab. in alpibus et montosis sylvaticis. Flor. majores quam in priore, eleganter nivei.

* *brevifolius*, fol. linearibus canaliculatis pilosis, corymb. composito glomerato, fol. subaequali, capit. subdecemfloris, petal. obtusis: interioribus duplo longioribus. Rostk p. 35. Hab. in montib. Lusitaniae. Petal. alba, splendentia. An var. prioris?

51. *campestris*, fol. planis pilosis, spicis pedunc. ovatis subcernuis; intermedia sessili, calycinis foliolis mucronatis capsula obtusa longioribus. Willd. p. 221. Leers. t. 13. f. 5. Hab. in Europae pascuis siccioribus. ♃

52. *pediformis*, fol. plano-carinatis pilosis, flor. oblongis, spica lobata nutante. Villars. Dauph. 2. p. 238. Hab. in montibus Delphinatus et Redemonte. Balbis. Caul., in meo specimine, altus, nudus.

53. *congestus*, pilosus, culmo stricto erecto, capitul. congestis, sessilibus, cal. ovatis aristato-acuminatis. Thuill. Paris. p. 179. Junc. villosus, panic. compacta. Vaill. bot. p. 110? Hab. in sylvaticis, subhumidis.

54. *erectus*, vagin. pilosis, spicis ovat. inaequaliter pedunculatis strictis, petal. caps. dimidio fere longioribus. J. multiflorus. Hoffm. germ. 1. p. 169. J. intermedius. Thuill. Hab. in sylvaticis. Spic. fuscescentes, intermediae breviter pedunculatae.

55. *sudeticus* (nigricans), fol. planis glabris vaginis pilosis, spicis pedunculatis umbellatis, intermedia sessili, petalis mucronatis longitudine capsulae. Willd. I. spicatus. Krocker. siles. n°. 559. t. 52. Hab. in sudetis Silesiae summis humidis. Spic. subsecundae nigrae. ♃ ✝

56. *spicatus*, fol. planis, spica racemosa nutante, basi composita, caps. acutis. Smith. brit. 1. p. 386. Flor. lapp. t. 10. f. 4. Flor. dan. t. 270 I. alpinus latifolius, panic. racemosa nigricante pendula. Till. pis. 91. Hab. in Lapp. et Scotiae alpibus. ♃ ✝

847. APHYLLANTHES. *Cal.* persistens, glumaceus imbricatus. *Cor.* 6-partita limbo patente. *Caps.* supera, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

891. NOLINEA. *Cor.* 6-partita, patens. *Stylus* brevissimus. *Caps.* 3-gona, membranacea, 3-locularis, dissepimentis bipartilibus dehiscens. *Sem.* solitaria, hinc convexo-incurva.

1. *georgiana*. Michaux. Flor. 1. p. 208. Hab. in Georgia. Fol. undique versa, coriaceo-graminea. Scap. racemiflorus, ramosus, flor. parvulis albis.

Obs. Genus hinc Phalangio, inde Heloniae affine est. M.

892. SABAL. Flor. hermaphroditi. *Spathæ* partiales. *Filam.* libera, basi incrassata. *Bacca* (Drupa?) 1-3-sperma (per abortum). *Semen* osseum. *Embryo* lateralis.

1. *minor* s. *Adansoni*. Guernsent observat. sur le sabal d'Adanson in Bull. de la soc. Philom. n°. 67. t. 25. Corypha minor. Jacq. hort. vind. 3. p. 8. t. 8. Chamerops acaulis. Michaux. Flor. 1. p. 207. Hab. in Amer. boreali. Frond. palmatae flabelliformes. Stipes inermis.

893. CHAMÆROPS. Polygama. *Spatha* compressa. *Spadix* ramosus. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Filam.* submonodelpha. *Drupæ* 3, monospermæ. Flor. masculi dioici. (Ovarium 3-loculare, locul. 1-spermis, 2-abortantibus. Michaux.)

1. *Palmetto*, caul. arboresc., stipitib. inermib. Michaux. Flor. 1. p. 206. Corypha Palmetto. Walt. Hab. in Amer. borealis maritimis.

2. *serrulata*, caul. repente, stipitibus (minutim) aculeato-serrulatis, drupis ovoideis. Michaux. l. c. Cum priore.

3. *humilis*, acaulis, frond. palmatis plicatis, stipitib. spinosis. Lin. Desf. Atl. 2. p. 436. Phoenix humilis. Cav. ic. 2. p. t. 115. Hab. in Hispania et in Barbaria. Filam. basi in urceolum coalita. Radices et pars inferior caud. juniorum sub terra recondita comeditur. Dioica?

β. *arborescens*, candice 14-16-pedali, quae in Hort. pariensi colitur, cum haec species in loco natali nullum caulem protrudit.

4? *excelsa*, frond. palmatis nervosis serratis, stipit. inermibus. Thunb. jap. p. 130. Rhapis flabelliformis. Ait. Kew. 1. p. 473. L'Her. stirp. 2. t. 100. Hab. in Japonia. Stylus 1. An Corypha?

894. HYDROGETON. *Scapus* radicalis. *Cor.* 3-petala. *Filam.* basi dilatata. *Pistilla* 3, simplicia. *Caps.* 3, membranaceæ, 2-spermæ. *Semina* parieti caps. adnata.

1. *fenestralis*. Fol. lineari-elliptica, obtusa, perforata. Rad. magna, edulis. Nomen vernaculum *Ouvirandra* (Mirbel. Hist. natur. d. plant. v. 4. p. 117.) i. e. radix edulis, haec tuberosa est et aquatica. Sequenti generi affine. Hab. in Madagascariae aquosis. (Ex. observ. D. Dupetit-Thouars.)

895. APONOGETON. *Amentum* e squamis compositum. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Capsulæ* 4, trispermæ. (Stam. passim 7 et 12.)

1. *monostachyon*, spica simplici, fol. cordato-ovalibus. Lin. suppl. 214. Thunb. diss. Nov. Pl. gen. 4. p. 78. c. ic. Willd. Spec. II. p. 927. Spathium. Lour. Conch. 1. p. 173.

β. *lineare*, spica simplici, fol. linearibus. Vahl. symb. 3. p. 51. Hab. in Indiae orient. inundatis, inter Oryzam. Radix bulbosa. Fol. radicalia natantia.

2. *crispum*, spica simplici, fol. ensiformibus crispis. Thunb. Diss. Nov. Pl. gen. p. 73. Radix fibrillosa.

3. *distachyon*, spica bifida, fol. lineari-oblongis natantibus, bracteis integris, flor. polyandris. Ait. Kew. 1. p. 495. Thunb. Hab. in rivulis Cap. b. spei. Radix bulbosa. Stam. 6–12. Bulbi assati eduntur.

4. *angustifolium*, spica bifida, foliis lineari-lanceolatis erectis, bracteis bipartitis, flor. hexandris. Hab. ad Cap. b. spei. Bract. albae basi rubrae.

HEXAGYNIA.

896. WENDLANDIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala, succulenta. *Styl.* reclinatus. *Caps.* 6, uniloculares, monospermæ.

1. *populifolia*. Willd. Sp. II. p. 275. Wendl. Hort. Herrenh. Fasc. 3. t. 16. Hab. in Carolina. Caesalpinia smilacea. Angl. Fol. alterna cordato-ovata, pendula integerrima. Racemi simplices supra axillares. Flor. parvi albi. Willd. ♄

897. OTTELIA. *Spatha* 1-phylla, 5-alata. *Cal.* superus, 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 10-locularis, polysperma.

1. *alismoides*. Damasonium indicum. Willd. p. 276. Stratiotes alismoides, fol. cordatis. L. Rheed. 11. t. 46. Hab. in aquis Ind. orientalis. Scap. uniflorus.

898. DAMASONIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Styli* 6. *Caps.* (Nuces?) acuminatæ, 1-3-spermæ, stellatim patentes.

1. *stellatum*. Dalech. hist. Juss. gen. pl. Alisma. L. Willd. p. 277. n°. 4. Curt. Lond. t. 28. Habit. in fossis et stagnis passim.

POLYGYNIA.

899. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Caps.* plures, monospermæ.

1. *Plantago*, fol. ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. L. Flor. dan. t. 561. β. *angustifolia*, fol. lanceolatis. Hab. in aquosis. ♃

2. *flava*, fol. ovatis acutis, pedunculis umbellatis, fructib. globosis. L. Hab. in America meridionali. ♃

3. *sagittifolia*, fol. sagittatis, fructib. obovatis obtusis. Willd. Sp. II. p. 277. Hab. in Guinea. ♃

4. *cordifolia*, fol. cordatis obtusis, flor. dodecandris, seminibus uncinato-muricatis. L. Sp. pl. 487. Swartz obs. 139. Moris. s. 15. t. 4. f. 6. Plum. spec. 7. ic. 234. f. 2. Hab. in Amer. australi et septentrionali. ♃

5. *parnassifolia*,

5. *parnassifolia*, fol. cordatis subrotundis acutis, capsulis aristatis. Hab. in paludibus. ♃

6. *repens*, caul. subrepentibus adscendentibus, ad nodos inferiores radicosis et foliosis, fol. lanceolotis petiolatis, verticillis simplicibus. Lam. enc. 2. p. 515. Cav. ic. 1. p. 41. t. 55. Hab. in humidis Hispaniae et Barbariae.

7. *natans*, fol. ellipticis obtusis, pedunc. solitariis. L. Vaill. act. act. 1719. p. 29. t. 4. f. 8.

8. *ranunculoides*, fol. lineari-lanceolatis, fructib. globoso-squarrosis, 5-gonis. Flor. dan. t. 122. Engl. bot. t. 316. Hab. in paludosis, fossis. ♃

9. *subulata*, fol. subulatis. L. Hab. in Virginia.

MONOGYNIA.

Guettardae quaedam species. Genipa. Schradera. Tectonia grandis. Amyrus zeylanica. Limonia trifoliata. Lythrum lineare, Parsonsia, Hyssopifolia. Cassia glandulosa. Trientatis europaea. Polygona quaedam. Lauri nonnullae species. Dodonaea viscosa. Bocconia frutescens. Mimusops hexandra. Chlora imperfoliata. L. Gaura tripetala.

DIGYNIA.

Swertia difformis. Velezia rigida. Leersia hexandra.

Cc

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

900. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, æqualis, plana. *Bacca* exsucca. (Stam. 5, 6 et 7.)

1. *europaea*, fol. ovato-lanceolatis integerrimis. Flor. dan. t. 86. Engl. bot. t. 15. β. *americana*, fol. angusto-lanceolatis. Michaux. 1. p. 220. Hab. in sylvis et juniperetis. ♃

901. DISANDRA. *Cal.* subseptempartitus. *Cor.* rotata, septempartita. *Cal.* 2-locularis, polysperma.

1. *prostrata*, prostrata. Lin. suppl. 214. Sibthorpia peregrina, fol. reniformibus crenatis, pedunc. geminis. L. Sp. pl. 2. p. 880. Lam. ill. t. 275. β? *africana*, fol. orbiculatis integris crenatis, pedunc. solitariis. L. Habit. in Oriente et insula Madera. ♃

902. PISONIA. *Cal.* campanulatus quinquefidus. *Cor.* o. *Bacca* 1-locularis monosperma.

* *Aculeatae.*

1. *aculeata*, spinis axillaribus horizontalibus, fol. ovatis utrinque attenuatis, corymbis axillaribus. Willd. Sp. p. 283, Lam. ill. t. 861. Pluck. alm. 318. t. 108. f. 2. Sloan. hist. 2. p. 25. t. 167. Habit. in Amer. meridionali. ♄

2. *villosa*, spinosa, fol. ovato-obtusis, pedunc. subdivaricatis villosis. Poir. in Enc. bot. 5. p. 347. Hab. in Ind. occid. Sonner. Flor. racemosi.

** *Inermes.*

3. *subcordata*, fol. cordato-subrotundis, fruct. siccis subclavatis pentagonis, angulis apice muricatis. Swartz. prod. 60. Fl. ind. occid. 2. p. 641. Hab. in Antigua. ♄

4. *nigricans*, fol. ovatis acuminatis, flor. cymosis erectis, fructibus baccatis. P. inermis. H. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae sylvestribus. ♄

5. *coccinea*, fol. lanceolato-ovatis; pedunc. terminalibus laxis, flor. nutantibus, fruct. baccatis. Swartz. prod. 60. l. c. 2. p. 945. Hab. in fruticetis Hispaniolae. ♄

6. *mitis*, fol. ovatis, flor. axillaribus. Willd. p. 284. Hab. in India orientali. ♄

903. TOVARIA. *Cal.* 7-phyllus, *Cor.* 7-petala. *Discus* planus, 7-gonus, stellæformis, cui *Stam.* inserta. *Stigm.* peltatum. *Bacca* 1-locularis, pulposa. *Sem.* compressa. (Numerus partium passim octonarius.)

1. *pendula*, fol. ternatis, racem. longissimis, flor. secundis. Flor. Per. 3. p. 73. t. 306. Hab. in Peruviae runcationib. et fluviumque ripis. ♂

904. PETIVERIA. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stylus* lateralis. *Stigma* penicilliforme. *Sem.* 1; aristis quatuor reflexis apice instructum. (Stam. 6-8.)

1. *alliacea*, flor. hexandris. L. Trem. Ehr. 33. t. 67. P. fol. oblongo-ovatis, spicis longis terminalibus. Brown. jam. 274.

β. *octandra.* Jacq. amer. 201. Plum. gen. 50. ic. 219. Hab. in Jamaic. nemorosis aridis. ♄

905. PANCOVIA. *Cal.* campanulatus, 4-partitus. *Pet.* 5, unguiculata, plicato-crispa, dentata, cucullata. *Stam.* adscendentia; calyce longiora.

1. *bijuga.* Willd. Sp. II. p. 285. Hab. in Guinea. Arb. ramulis ferrugineo-pubescentibus. Fol. alterna, pari-pinnata. Racemi interfoliacei multiflori. W. ♄

906. ÆSCULUS. *Cal.* 1-phyllus, ventricosus. *Cor.* 4. s. 5-petala, inæqualis, pubescens, calyci inserta. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* magna castaneæformia.

* *Capsulis echinatis, cor. 5-petala planiuscula.*

1. *Hippocastanum*, fol. digitatis septenis, cor. pentapetalis patulis. Willd. Sp. p. 285. β. *inermis*, fruct. nudiusculo, fol. variegatis. Enc. bot. 3. p. 712. Hab. sponte in Asia septentrionaliore. Flor. polygami. ♄

** Pavia, *cor. 4-petala, connivente, caps. laevibus.*

2. *Pavia* (rubra), fol. quinis glabris petalis obovatis, unguibus longitudine calycis. Ait. Kew. 1. p. 404. Pavia. Boerh. lugdb. 2. p. 260. t. 260. Trew. ehret. Pavia rubra. Enc. bot. 5. p. 94. Hab. in Carol., Florida, Brasilia. ♄

3. *lutea*, fol. quinatis subtus ad costam pubescentibus aequaliter serrulatis, corollis tetrapetalis, petalor. unguibus calyce longioribus. Willd. p. 285. (Ae. flava.) Ae. *lutea.* Wangenh. Act. Soc. Berol. 8. p. 133. t. 6. Hab. in Carolinae montib. excelsis. In solo pingui ad altitudinem Ae. Hippocastani assurgit. Michaux.

4. *macrostachys*, humilis, foliol. quinis subtus subtomentosis, spica tenui longissima. Michaux. Flor. 1. p. 220. Ae. parviflora. Walt. Ae. nana. H. P. Hab. ad ripas Ammis Savannah. 3-4-pedalis. Flor. albidi, plerumque heptandri. Arbusc. stolonifera. M.

907. PETROCARYA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 14, quorum 7-sterilia. *Drupa* carnosa, cribrosa. *Nux* bilocularis, loculis monospermis.

1. *montana*, foliis ovatis acuminatis. Willd. p. 287. Parinari montana magno fructu. Aubl. guj. 1. p. 514. t. 204, 205. Hab. in sylvis interioris Gujanae. ♄

2. *campestris*, fol. cordatis acuminatis. Willd. Parinari fructu parvo. Aubl. p. 517. t. 206. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

908. IONESIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* infundibuliformis, tubo clauso carnoso, limbo 4-fido. *Nectar.* annulus fauci tubi corollæ insertus, staminiferus. *Legumen.*

1. *pinnata.* Roxb. Asiat. Researches. 4. p. 355. Rheed. 5. t. 59. Habit. in India orientali. Arb. mediocris. Flor. aurantii cymosi. Legum. acinaciforme. ♄

D I G Y N I A.

909. LIMEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, æqualia. *Caps.* globosa, 2-locularis.

1. *africanum*, fol. oblongis petiolatis. Lin. suppl. 214. Hab. ad Cap. b. spei, cum 2 sequentibus. Statura Corrigiolae s. Telephii. ♃

2. *capense*, fol. ovatis sessilib. Thunb. prod. p. 68. L. aphyllum. Lin. suppl. 214.

3. *aethiopicum*, fol. lineari-lanceolatis. Thunb. prod. 68.

T E T R A G Y N I A.

910. ASTRANTHUS. *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 14-fido. *Sem.* 1, parvum, superum.

1. *cochinchinensis.* Loureiro cochin. 1. p. 274. Willd. Sp. II. p. 291. Hab. in Cochinchina. Arbor. ramis paucis adscendentibus. Fol. ovata serrata lanuginosa alterna. Spicae longae simplices axillares. L.

911. SAURURUS. *Cal.* amentum squamis 1-floris. *Cor.* o. *Germ.* 4. *Baccæ* 4, 1-spermæ.

1. *cernuus*, caule folioso polystachio. L. Lam. ill. t. 1. Mathuskea. Gm. syst. p. 589. Pluck. alm. 343. t. 117. f. 3. 4. Hab. in Virginia. Stamina vix numerantur, nisi deflorato amento persistentia. L.

H E P T A G Y N I A.

912. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus.

Petala 7. *Germina* 7. *Caps.* 7, polyspermæ.

1. *capensis.* L. Andrew. t. 90. Lam. ill. t. 276. Crassula Septas, fol. connatis crenatis subrotundis, caule subaphyllo umbellifero. Thunb. prod. 57. Hab. ad Cap. b. spei. Rad. tuberosa.

913. ACTINOPHYLLUM. *Cal.* margo integer. *Cor.* calyptræformis, desiliens. *Bacca* 7-angularis, 7-locularis. *Sem.* solitaria subossea. (Flor. conglomerati. Styl. 5-7. Stam. etiam 5, 6, 8, 9.)

1. *angulatum*, arboreum, foliosis 7-11-nis, cor. obovatis angulatis truncatis. Flor. Per. 3. p. 73. t. 307. Hab. in Peruviae collib. nemorosis. Arb. spectabilis.

2. *pedicellatum*, scandens, foliol. 9-13-nis, racemis septenis, flor. pedicellatis umbellatis, cor. hemisphaericis. Flor. Per. l. c. t. 308. In Peruviae nemorib. ad Munna tractus. Gummi crystallinum uti ex priore exsudat. ♄

3. *conicum*, scandens, foliol. 7-13-nis, racem. ternis binisque, corol. conicis. Flor. Peruv. p. 75. t. 309. In Peruv. nemoribus. Bacca globosa, hyacinthina.

4. *acuminatum*, scandens, foliol. 7-11-nis, racem. 2-5-nis, corol. acuminatis: acumine obliquo. Flor. Peruv. t. 310. Cum priore. Frut. scandens. Recept. flor. favosum.

5. *pentandrum*, erectum, foliol. 7-11-nis, racemis solitariis ternisque, corol. conicis obtusis. Flor. Per. p. 73. t. 311. Bacca 5-gona, albicans.

914. GILIBERTIA. *Cal.* 7-dentatus. *Cor.* 7-petalus. *Stigm.* patentia, ovata. *Caps.* loculamenta, 1-sperma, in stellæ formam disposita. *Sem.* oblonga. (Numerus partium interdum 8-9-narius.)

1. *umbellata*, fol. oblongis obsolete denticulatis. Flor. Peruv. 3. p. 75. t. 312. Hab. in Peruviae nemorib. Munna. Arb. 3-ulnaris. Caps. et cortex parum aromatica. *Polyscias* Forst. valde affine genus. l. c.

MONOGYNIA.

Cassia. Pelargonia. Dracontium, Calla, Houttuynia, secundum Willdenow.

DIGYNIA.

Polygonum orientale et alia. Aponogeton. Lin.

HEPTAGYNIA.

Phytolacca stricta.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

915. TROPÆOLUM. *Cal.* 1-phyllus, 5-fidus, calcaratus. *Pet.* 5, inæqualia. *Nuc.* coriacæ, sulcatæ. *Sem.* 1, subrotunda.

1. *minus*, fol. peltatis subrepandis mucronatis, petalis acuminato-setaceis. L. Willd. Sp. II. p. 208. Curt. mag. t. 68. Hab. in Peru. Var. flor. pleno, quae perennat. ☉ ♄

2. *majus*, fol. peltatis, repandis, petalis obtusis. E. Peru in Europam venit 1684.

3. *hybridum*, fol. subpeltatis, quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. L. Mant. p. 64. Berg. act. holm. 1764. p. 32. t. 1.

Obs. A praecedente orta Holmiae semine rarius, sed ramis propaganda planta. Fol. latius cuneata, nutantia, margine omni acscendente, hinc fere cucullata. L.

4. *peregrinum*, fol. peltatis palmato-quinquelobis basi excavatis, petal. inferioribus ciliatis, superioribus incisis maximis. Flor. Peruv. 3. p. 75. Jacq. Schoenbr. 1. p. 51. t. 68. Hab. in Peru ubi ornamenti gratia colitur. Fol. in Peruvia non dentata. l. c. ☉

5. *bicolorum*, fol. peltatis septem-lobis basi transversim truncatis, petal. inciso-ciliatis. Flor. Per. l. c. t. 313. Hab. in Andium nemorib. humidis. Petal. 2-superiora lutea minora, 3-inferiora coccinea punicea.

6. *dipetalum*, fol. supeltatis sextemlobis, for. dipetala, petal. spathulatis crenulatis. Flor. Per. 3. p. 77. t. 313. In Andium montibus. Succosum, subglaucum. ♄

7. *tuberosum*, fol. peltatis quinquelobis basi transversim truncatis, petal. dentatis cal. fere longitudine. Flor. Per. t. 314. Copiose in Peruviae praeruptis Incolae radices, tuberoso-pendulas, coctas quotidie comedunt.

8. *ciliatum*, fol. peltatis palmatis sexlobis, stipul. bracteolisque ciliatis, petal. integerrimis cal. subaequantibus. Flor. Per. p. 77. Hab. in R. chilensis sylvis. Caul. filiformis, nitidus, ramosissimus.

9. *pentaphyllum*, fol. digitato-quinatis: foliol. ovalibus integris subpetiolatis, petal. omnibus sessilibus brevibus acutis integerrimis. Lam. enc. 1. p. 605. Ejusd. ill. t. 277. f. 2. Hab. ad Monte-Video. Pet. cal. breviora.

10. *polyphyllum*, caul. prostrato, petiol. elongatis alternis polyphyllis (fol. digitato 5-10-phyllis). Cav. ic. 4. p. 65. t. 365. Hab. in chilensi Monte-Cordillera. Foliola in orbem expansa: majora dentata. Pet. cal. longiora. ☉

916. MAGALLANA. *Cal.* 3-partitus, calcaratus. *Petala* 5, inæqualia. *Fruct.* trialatus, monospermus (per abortum). *Sem.* oblongum. (*Filam.* basi breviter coalita.)

1. *porifolia*, caul. herbaceo scandente, fol. alternis trifidis, flor. axillaribus. Cav. ic. 4. p. 51. t. 374. Hab. in Amer. meridionali. Flor. lutei. Hoc genus navigatori celeberrimo *Ferd. Magallano* consecratum est.

917. OSBECKIA. *Cal.* 4-fidus: lobis squama ciliari interstinctis. *Cor.* 4-5-petala. *Antherae* rostratæ. *Caps.* 4-5-locularis, calycis tubo truncato cincta. *Receptac.* compressum, semi-ovatum. G. (Stam. 8-10.)

1. *chinensis*, fol. sessilibus, calycib. glabris. Willd. Sp. II. p. 300. O. pedunc. trifloris bracteatis. Lin. suppl. p. 215. Lam. ill. gen. t. 283. Osbeck. it. 213. t. 2. Hab. in China. Caul. brachiatus. Fol. angusto-lanceolata, trinervia.

2. *zeylanica*, fol. petiolatis, cal. hispidis. Willd. O. pedunc. unifloris nudis. Lin. suppl. O. chinensis. Gaertn. de fr. 2. p. 202? Pluck. alm. 142. t. 173. f. 4. Hab. in Zeylona. Fol. lineari-lanceolata, ut tota planta, strigosa. W.

Obs. Osbeckiae a Rhexiis differre videntur germine infero, quum capsula Rhexiae calyce inclusa. Willd., a *Melastomis* non satis distinctae, et potius cum iis conjungendae. Lam. enc. bot. 4. p. 647.

918. RHEXIA. *Cal.* urceolatus, 4-5-fidus. *Pet.* 4, calyci inserta, obliqua. *Antherae* declinatæ. *Caps.* setosa, 4-locularis, intra ventrem calycis. *Receptac.* sublunatum. *Sem.* numerosa, cochleata. (Stam. etiam 10.)

* *Foliis sessilibus plerisque.*

1. *virginica*, caul. alato subpiloso, fol. sessilib. sub-lanceolatis trinerviis serrato-ciliatis, calycib. glanduloso-ciliatis. Willd. Sp. II. p. 301. Michaux. Flor. p. 222. Pluck. alm. 235. t. 202. f. 8. β. *septemnervia.* Walter, statura majore, fol. 5-7-nerviis (in inundatis). Hab. in Amer. boreali. Caul. angulis membranaceis. ♃

2. *mariana*, caul. hirsutissimo, fol. sessilibus lanceolatis trinerviis villoso-ciliatis, cal. stellato-pilosis. Willd. Michaux. 1. p. 221. Lam. ill. t. 283. f. 1. Pluck. mant. 123. t. 428. f. 1. Hab. in Marilandiae pratis. Var. fol. purpureis et rubellis, fol. plus minusve latioribus.

3. *trichotoma*, flor. solitariis axillaribus terminalibusque, fol. sessilibus oppositis lanceolatis hirsutis. Vahl. symb. 2. p. 48. Rottb. pl. surinamens. p. 9. tab. 5. Hab. Surinami. ♄

β. *exalbida*, fol. linearibus, flor. pallidis. Michaux. R. lanceolata. Walter.

4. *petiolata*, fol. subovatis trinerviis ciliatis petiolatis, caps. globosis, anther. nudis. Walt. corol. p. 130. Hab. in Carolina.

5. *ciliata*, caul. subquadrangulo glabro, fol. parvulis subpetiolatis ovalibus subtus glabris, supra parce hispidulis, margine ciliatis, flor. involucratis. Michaux. l. c. Hab. in Carol. infer. Flor. violaceo-purpurei. Affin. priori.

6. *lutea*, caul. 4-angulo hirsuto, fol. inferioribus cuneato-oblongis obtusis; superiorib. lanceolatis. Michaux. p. 222. Walt. l. c. Hab. in Florida et Georgia. Flor. lutei. Anth. breviusculae uti in priore. M.

7. *Alifanus*, foliis subovatis cauleque erecto sublaevibus, cal. corollaque glanduloso-pilosis. Walt. carol. p. 130. Hab. in Carolina.

8. *glabella*, caul. cylindraceo glabro, fol. sessilibus erectis lanceolatis laevibus glabris integris, flor. brachiato-subpaniculatis, cal. hirsuto-glutinosis. Michaux. 1. p. 223. In Carol. et Georgiae sylvis. Flor. majusculi, dilute purpurascentes. Priori affinis.

9. *Jussiaeoides*, pubescens, fol. lanceolatis alternis constatis margine scabris. Lin. suppl. 215. Hab. in Surinamo. Fol. margine scabra ex minutissimis serraturis. ♄

10. *bivalvis*, decandra, fol. sessilibus glabris ovatis obtusis trinerviis, capsula bivalvi. Willd. p. 302. Vahl. eclog. 1. p. 38. Melastoma bivalvis. Aubl. guj. 1. p. 404. t. 155. f. 4. Hab. in pratis paludosis Gujanae. ☉

11. *trivalvis*, decandra, fol. sessilibus glabris lineari-lanceolatis acutis, obsolete trinerviis, capsula trivalvi. Willd. Vahl. eclog. 1. p. 39. M. trivalvis. Aubl. guj. 1. p. 406. t. 155. f. 6. Hab. in pratis paludosis Gujanae. ☉

** *Fol. petiolatis.*

12. *hypericoides*, decandra, villosissima, fol. ovatis acutis integerrimis brevissimis petiolatis septemnerviis, panicula terminali. Willd. p. 303. M. villosa. Aubl. guj. 1. p. 428. t. 168. Hab. in pratis humidis Cajennae. Facies Hyperici montani. ☉

13. *glutinosa*, fol. oppositis trinerviis laevibus, flor. thyrsoideis. Lin. suppl. p. 216. Mutis. amer. v. 1. t. 6. Hab. in N. Granada. Melastomis similis, ramulis articu-

latis. Summitates ramulorum et calyces glutinosi. L.

14. *quinquenervis*, fol. ovatis acutis quinquenerviis, pedunc. dependentibus subcorymbosis, petal. convolutis. Flor. Peruv. 3. p. 83. t. 318. f. 6. Hab. in Peruviae montibus et collibus. Petal. violacea. ♄

15. *rosmarinifolia*, fol. subpetiolatis oblongo-linearibus trinerviis, margine revolutis, pedunc. 3-5-floris pendulis, petal. convolutis. Flor. Perv. t. 318. Hab. in collib. ventosis, aridiusculis. Petal. violacea, nocte et mane patentia.

16. *lutescens*, fol. ovatis trinerviis rugosis, pedunc. trifloris pendulis, petal. convolutis. Flor. Per. p. 84. t. 319. Cresc. in montibus, locis pluviosis. Flor. latescentes pasim 10-andri. ♄

17. *dicrananthera*, fol. ovatis 5-nerviis, pedunc. subcorymbosis, petal. patentibus. Flor. Peruv. t. 320. Hab. in Peruviae sylvis. R. villosae affinis. Petal. rosea.

18. *echinata*, fol. ovatis 5-nerviis subtus lanuginosis supra echinatis, pedunc. 1-3-floris: petal. magnis patentissimis. Flor. Peruv. 3 p. 85. t. 319. Hab. in collib. altis, ventosis. Flor. violacei, 10-andri. ♄

19. *recurva*, fol. petiolatis ovatis minimis, caul. 4-angulari articulato apice recurvo, flor. terminalibus subsolitariis. Poirr. in Enc. bot. 6. p. 6. Hab. in Cajenna. Stam. exserta. Anth. versatiles.

20. *flexuosa*, hirsutissima, fol. lanceolatis serrulatis 5-nerviis, pedunc. corymboso-dichotomis, petal. reflexis. Flor. Per. p. 85. t. 320. In Peruv. runcationibus. Pet. parva, alba.

21. *ochypetala*, hirsuto-hispida, foliis lanceolatis 5-nerviis, pedunc. trifloris, petal. patentissimis acuminatis. Flor. Per. p. 86. t. 321. Hab. in montibus apertis, praeruptis. Petal. purpurea acumine parvo. Flor. bract. 2, caducis tecti, 10-andri. ♄

22. *glomerata*, foliis petiolatis ovatis integerrimis trinerviis villosis, flor. terminalibus glomeratis. Willd. p. 304. Rotth. pl. surinamens. p. 8 t. 4. Hab. in Surinami pratis depressis.

23. *longifolia*, decandra, pilosa, foliis lanceolatis integerrimis quinquenerviis, pedunculis axillaribus terminalibusque dichotomis fol. brevioribus. Hab. in America meridionali.

24. *aspera*, decandra, foliis petiolatis ovatis quinquenerviis, calyce squamoso-bracteato. Willd. Tibouchina aspera. Aubl. guj. 1. p. 446. t. 177. Hab. in aridis Gujanae. Calyx squamis imbricatis tectus. ♄

25. *uniflora*, fol. petiolatis ovatis serratis, flor. axillaribus solitariis decandris, caule alato dichotomo. Hab. in Cajenna. Caul. herbaceus, viscosus. Fol. margine e pilis glandulosis ciliato serrata. Capsulae Coriandri.

26. *inconstans*, fol. ovatis hispidis, setis adpressis, subtus incanis trinerviis, pedunc. terminalibus subuniflоris. Osbeckia ornata. Swartz Fl. ind. occid. 2. p. 647. Hab. in summo monte Montansery St. Christophori. ♄

27. *latifolia*, fol. petiolatis subrotundis acutis quinquenerviis hirsutis, pedunculis terminalibus unifloris. Willd. p. 305. Aubl. gujan. 1 p. 336. t. 129. f. 2. Hab. in pratis Gujanae.

28. *villosa*, fol. petiolatis subrotundo-ovatis acutis quinquenerviis villosis, flor. geminis terminalibus subsessilibus. Willd. Aubl. l. c. p. 334. t. 129. f. 1. Cum priore in pratis.

29. *aquatica*, foliis oppositis cordatis crenulatis hirsutiusculis, panic. terminalibus trichotomis, ramulis filiformibus patentissimis. Swartz. Fl ind. occid. 2. p. 650. Melastoma aquatica. Aubl. p. 430. tab. 169. Hab. in inundatis Cajennae, Surinami, Jamaicae, Dominicae. ♄

Onagrae. (Gen. 918-922.) *Cal.* superus, tubo longo distinctus: limbo 4-5 persistente, aut deciduo. *Petala* summo calyci inserta, flaccida. *Stam.* numero varia: 2, 4, 6, 8, 10 et plura. *Fructus* plerumque inferus, est vel capsula, aut bacca, aut drupa, ut plurimum polysperma, 1-multilocularis. *Fol.* alterna, aut opposita. *Caul.* herbaceus vel frutescens.

919. OENOTHERA. *Cal.* tubulosus: 4-fidus, laciniis deflexis deciduis. *Petala* 4, cal. inserta. *Stigm.* 4-fidum. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, infera. *Sem.* nuda, receptaculo centrali, 4-gono affixa.

* *Caps. elongatis teretibus sessilibus.*

1. *biennis*, fol. ovato-lanceolatis planis caule muricato-villoso, caps. conicis deor-

suin subturgidis. Mill. ic. t. 89. f. 2. Flor. dan. 446. Lam. ill. t. 219. f. 1. Hab. in Virginia, unde 1614, nunc vulgaris in Europa. Stam. coroll. breviora. W. ♂

2. *suaveolens*, foliis ovato-lanceolatis obsolete dentatis, caps. elongatis crassitudine subaequalibus, cor. magna. Hab. in America. Col. in hort. ob odorem aurantium et magnitudinem florum. Oen. grandiflora. Ait? Antecedente omnib. partibus major. Caps. sulcatae, deorsum subcrassiores.

3. *parviflora*, foliis ovato-lanceolatis planis, caule laevi subvilloso, staminibus cor. longiorib. Willd. Sp. II. p. 306. Mill. ic. 189. f. 1. Hab. in America septentrionali. Fructus apex margine octifido, nec quadrifido. Caul. ruber, scaber. L. ♂

4. *muricata*, fol. lanceolatis planis, caule purpurascente muricato, stamin. longitudine corollae. Willd. Murr. in N. Comment. Goett. VI. p. 24. t. 1. Habitat in Canada. Similis antecedenti, sed fructus os non 8-fidum. L. ⊙ ♂

5. *longiflora*, fol. denticulatis, caul. simplicibus pilosis, petalis distantibus bilobis, flor. tubo longissimo. Jacq. hort. t. 172. Curt. magn. 365. Habitat in agro Bonariensi. Petala flava, biloba, post anthesin rubescunt. Caps. hirsutae. ⊙ ♂

6. *mollissima*, fol. lanceolatis undulatis, tomentosis. Dill. elth. 297. t. 219. f. 286. Hab. in agro Bonariensi, et R. Chilensis campis. Petal. primo flava dein purpurea. ⊙

7. *nocturna*, fol. lanceolatis repando-dentatis pubescentibus, caule tereti pubescente. Willd. Iacq. ic. rar. 3. t. 455. Collect. 3. p. 205. Lam. ill. t. 279. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Fruct. ovato-oblongus. Cor. praecedentis, petalis flavis, dein rubicundis. ⊙

8. *villosa*, fol. lanceolatis villosis, caule angulato hirsuto. Thunb. prod. 75. Cum priore. †

9. *prostrata*, fol. sublanceolatis acutis dentato-sinuatis, caps. linearib. obtuse 4-gonis coronatis-curvatis. Flor. Per. p. 79. t. 315. Hab. inter Peruv. segetes. Petal. latea purpureaque, obcordata. Affinis videtur Oe. *sinuatæ*.

10. *sinuata*, decumbens molliter pubescens, fol. lanceolatis dentato-sinuatis (incisis), flor. axillaribus villosis. Michaux. Flor. 1. p. 224. Murray in comm. Goett. 5. t. 9. In Amer. bor. aridis.

11. *tenella*, fol. linearis-obovatis, caps. cylindricis curvatis. Flor. Per. t. 316. Cav. ic. 4. p. 66. t. 396. f. 2. Hab. in R. Chil. campis. Pet. purpurea, cal. duplo longiora.

12. *odorata*, fol. lineari-lanceolatis subdentatis undulatis, caule villoso suffruticoso. Iacq. ic. rar. 3. t. 456. Collect. suppl. 107. Hab. in Patagonia. Fol. rigida. Flor. magnitudine Oe. longiflorae. W.

13. *tenuifolia*, fol. inferiorib. oblongis, superiorib. linearibus, caps. cylindricis rectis, petal. crenulatis. Flor. Per. p. 81. t. 317. Cav. ic. 4. p. 67. t. 397? Onagra linariaefolia. Few. 3. t. 34. Hab. in collib. siccis, campis. Pet. albido-purpurea. Flor. Per., luteo-rubra. Cav.

14. *dentata*, fol. sublinearibus denticulatis, cap. cylindricis angustissime curvatis. Flor. Per. p. 82. t. 317. Oe. caps. tenuissimis tetragonis. Cav. ic. 4. p. 67. t. 392. Hab. in arvis, segetib. locis arenosis. Pet. obovata, obsolete crenulata lutea.

** *Caps. ventricosis angulatis quibusdam pedicellatis.*

15. *acaulis*, fol. pinnatifidis: lacinia terminali majore denticulata. Cav. ic. 4. p. 60. t. 399. Oe. *grandiflora*, fol. interrupte pinnatis pinuatifido-lyratisque, caps. sessilibus obovatis 4-gonis alatis. Flor. Peruv. 3. p. 78. t. 318. Hab. in N. Chilensis arvis et ruderatis. Pl. initio florescentiae acaulis, postea caulescens. Pet. alba. Fl. Per. l. c. ♂

16. *virgata*, fol. lyratis lanceolatisque dentatis, caps. pedunculatis clavatis. Flor. Per. p. 29. t. 315. Hab. in Peruviae segetib. et ruderatis. Flor. subpaniculati, purpurei. Var. fol. vix incisis.

17. *tetraptera*, (mutabili) fol. lanceolatis basi pinnatifido-dentatis, capsulis pedicellatis obovatis quadrialatis. Willd. p. 309. O. foliis alternis subpinnatis crispis, flore mutabili, fructu tetraptero. Cavan. ic. 3. p. 40. t. 279. Hab. in Sotoluca N. Hispaniae. Flores maximi, candidi, post florescentiam purpurei. ♃

18. *glauca*, fol. lato-ovalibus repando-subdentatis laevigatis glaucis, caps. ovato tetragona. Michaux. 1. p. 224. Hab. in Americae boreal. sylvis.

19. *hybrida*, caul. erecto villoso, fol. utrinque pubescentibus lanceolatis remote dentatis undulatis, caps. subspicatis ovato-tetragonis substipitatis. Michaux. p. 225. Hab. in Carol. superiore.

20. *fruticosa*, fol. lanceolatis subdentatis acutis, capsulis pedicellatis oblongo-clavatis angulatis. Willd. p. 310. Curt. mag. t. 332. Hab. in Virginia. Flor. magni, aurei. Cal. purpurascens. Flor. lutei.

21. *pumila*, fol. lanceolatis integerrimis obtusis, capsulis pedicellatis elliptico-obovatis angulatis. Willd. Curt. mag. t. 355. Hab. in America septentrionali. Petala lutea, obcordata, lineata. Caps. octangulares. ♃

22. *rosea*, fol. ovatis utrinque attenuatis dentatis, capsulis pedicellatis oblongo-obovatis angulatis. Willd. Ait. Kew. 2. p. 3. Oe. purpurea. Enc. bot. 4. p. 554. Oe. *rubra*. Cav. ic. 4. p. 68. t. 400. Hab. in Peru. Pet. rubra. ♃

23. *purpurea*, fol. glaucescentibus glabris lanceolatis integerrimis utrinque attenuatis obtusis, caps. sessilibus ovatis angulatis. Willd. O. foliis ovato-lanceolatis glaucescentibus integerrimis, caps. sessilibus, stigm. atropurpureo. Curt. mag. t. 352. Hab. in America boreali. Pet. purpurea. Caul. semipedalis. Folia glauco-viridia. W.

24. *pusilla*, minutum pubescens, caul. simplici, fol. lanceolato-oblongis obtusiusculis integris, caps. sessilibus obovato-turbinatis subaequaliter 8-gonis. Michaux. 225. Hab. in rupibus ad lacus Mistassins. Pl. 4–6-uncialis. Flor. ad summitatem axillares. M.

25. *chrysantha*, caul. debili subpubescente, fol. lanceolatis obtusiusculis planis integris, caps. sessili clavata acutangula. Michaux. p. 225. Cresc. a Quebec ad sinum Hudsonis. Subpedal. Flor. parvi aurei. M.

26. *linearis*, pubescens gracilis, fol. linearibus, caps. stipitatis subrotundo-4-gonis villosis. Michaux. Hab. in Carol. superiore.

27. *subulata*, fol. subulatis, caps. clavatis 4-gonis superne alatis. Flor. Per. 3. p. 82. t. 316. Hab. in Chili apricis, arvis. Petal. bifida, purpureo-rubra.

920. GAURA. *Cal.* 4-fidus, tubulosus. *Cor.* 4-petala, adscendens versus latus superius. *Nux* infera, 1-sperma.

1. *biennis*, fol. lanceolatis dentatis, pet. obovatis adscendentibus patulis, stylis staminibusque deflexis, caule herbaceo. Willd. Sp. II. p. 311. Michaux. Flor. 1. p. 226. Curt. mag. t. 339. Flor. spicato-corymbosi, rubelli. Hab. in Virginia, Pensylvania. ♂

2. *angustifolia*, fol. linearibus confertis, repando-undulatis, spicae fructib. dissitis oblongo-4-gonis utrinque acutis subcandicantibus. Michaux. l. c. Hab. in Carol. inferiore. Flor. duplo minores.

3. *fruticosa*, fol. lineari-lanceolatis denticulatis, petalis obovato-lanceolatis adscendentibus adpressis, stylis staminibusque rectis, caule fruticoso. Willd. Jacq. ic. rar. 3. t. 457. Collect. 1. p. 142. Hab. in Amer. meridionali. ♄

4. *mutabilis*, fol. ovatis dentatis, pet. ovatis acutis cruciatim patentibus, stylis staminibusque rectis, caul. fruticoso. Willd. Cav. ic. rar. 3. p. 30. t. 258. Curt. mag. t. 388. Hab. in N. Hispania. Cor. flava post anthesin rubescit. An a priore specie diversa?

5. *tripetala*, fol. lanceolatis subdentatis, flor. hexandris. Cav. ic. 4. p. 66 t. 396. f. 1. G. hexandra. Orteg. Hab. in Mexico. Pet. 3, coccinea. Nux 3-gona.

921. EPILOBIUM. *Cal.* 4-fidus, tubulosus. *Petala* 4. *Caps.* oblonga, infera. *Sem.* comosa. (Flor. rubelli.)

* *Staminibus declinatis.*

1. *spicatum*, caul. elongato simplici, fol. alternis lanceolatis glabris venosis, pedunc. ebracteis, spica pyramidata. Lam. enc. 2. p. 373. E. *angustifolium*. Willd. Sp. II. p. 313. et plur. autor. Flor. dan. t. 289. Curt. Lond. ic. E. *antonianum*. quorumd.

2. *latifolium*, fol. alternis lanceolato-ovatis subdentatis breviusculis aveniis, flor. inaequalibus axillaribus et terminalibus. Flor. dan. t. 565. E. frigidum. Retz. Scand. ed. 2. n°. 459. Act. Haf. 10. t. 8. f. 2 b. Hab. in Europ. septentrionalis uliginosis?

Obs. Rad. densa, compacta. Caul. pedalis fere. Fol. vix unc. 1. longa, avenia, infima squamiformia. Flor. prioris sed non spicati.

3. *angustifolium*, caul. ramosissimo, fol. sparsis anguste linearibus aveniis, pedunc. unibracteatis. Lam. l. c. 374. E. *angustissimum*. Ait. Willd. rosmarinifolium. Haenke. Moris. s. 3. t. 11. f. 2. Hab. in Groenlandia, inque alpibus. ♃

* * *Staminibus erectis regularibus.*

4. *hirsutum*, caul. ramoso, fol. oppositis lanceolatis serratis decurrenti-amplexicaulibus. L. Flor. dan. t. 326. Curt. Lond. ic. E. amplexicaule. Lam. enc. l. c. Hab. ad latera rivulorum. Cor. calyce duplo major. Stigm. crassum 4-fidum.

* *incanum*, totum incanum, caul. ramosissimo, fol. subamplexicaulibus lanceolatis dentatis, stigm. crasso 4-fido. E. *tomentosum*. Vent. Hort. Cels. p. 90. t. 90. Habit. ad margin. rivulorum in oriente. Praeter canitiem albicantem et patriam alienam a priore non diversum. An tantum varietas ?

5. *pubescens*, fol. (mediis) oppositis lanceolatis subpetiolatis pubescentib., caul. villoso simplicissimo. Roth. germ. II. 435. Flor. dan. t. 347. E. villosum. Curt. Lond. ic. E. parviflorum. Hoffm. E. molle. Lam. enc. 2. Moris. s. 3. t. 11. f. 4. Hab. ad fossas et in pratis. ♃

6. *villosum*, fol. alternis lanceolatis serratis hirsutis. Thunb. prod. 75. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *montanum*, fol. subpetiolatis oppositis ovatis dentatis, stigm. 4-partito. Smith. brit. 1. p. 410. Flor. dan. t. 922. Curt. l. c. t. 14.

β. *alpestre*, foliis oppositis alternisve ovatis denticulatis subsessilib. glabris, caul. simplicissimo obtusangulo, flor. axillaribus subsessilibus, caps. utrinque attenuatis tetragonis. Schmidt. bohem. n°. 377. Hab. in montosis, nemorosis, ad muros etc.

γ. *trigonum*, caul. simplice obsolete trigono, fol. ternis ovatis dentatis sessilibus. Hab. in Silesia et in Helvetia. Ludw. E. alpestre ? Schleicher. An E. *alpestre* Schmidt bohem. diversum ?

8. *roseum*, fol. oppositis alternisque ovato-lanceolatis petiolatis serratis glabris. Roth. germ. 2. p. 458. Schreb. Sp. p. 147. E. *roseum*, fol. petiolatis ovatis dentatis, caul. subtetragono, stigm. indiviso. Smith. brit. 1. p. 411. Hab. in uliginosis ad margines rivulor. Caul. (ramosus), superne villo candido obtectus. R., incanus. S. Flor. parvi carnei. Stigm. clavatum. S.

9. *glabellum*, fol. oblongis dentatis obtusis, imis oppositis, caule teretiusculo erecto. Forst. prod. n°. 160. Hab. in N. Zeelandia.

10. *denticulatum*, fol. sublanceolatis denticulatis: inferiorib. oppositis, petal. aequalib. bifidis. Flor. Per. 3. p. 78. t. 314. Hab. in Peruv. et chilens. ripis. Pet. rosea. Suffruticosum.

11. *rotundifolium*, fol. oppositis subrotundis denticulatis. Forst. prod. n°. 161. Hab. in N. Zeelandia.

12. *tetragonum*, fol. lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule ramoso tetragono, stigm. indiviso. Smith. p. 412. Flor. dan. t. 1029. Curt. Lond. 23.

β. *obscurum*, fol. oppositis alternisque, lanceolatis glabris serratis basi decurrentib. Schreb. Hab. in palustribus. Stigm. clavatum. S.

13. *palustre*, fol. sessilibus lanceolatis subdenticulatis, caul. tereti ramoso, stigm. indiviso. Smith. brit. 1. p. 413. Engl. bot. t. 346. Hab. in palustribus. Stigm. lineare, indivisum.

14. *origanifolium*, fol. oppositis ovatis acutis subdentatis, caul. basi erecto glabro. Lam. enc. 3. p. 576. Hab. in alpestribus. Sequente, quacum confunditur, major. Fol. ferme aequalia, infima minora.

15. *alpinum*, fol. oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule basi repente. L. Flor. dan. t. 322. Lightf. scot. t. 10. f. 1. E. anagallidifolium. Lam. Hab. in alpibus ad rivulus. Racem. subtriflorus.

β ? *pumilum*, caul. simplici basi incurvo subpubescente, fol. oppositis sessilib. ovato-lanceolatis acute serratis. Hab. in subalpinis. Caul. spithamaeus. Fol. sensim angustiora, magis rugosa. Flor. terminales, pauci.

922. FUCHSIA. *Cal.* infundibuliformis, coloratus, superus, deciduus. *Petala* (Nectar. L.) 4, fauci calycis insidentia, ejusque laciniis alternantia. *Nect.* glandula octosulcata. *Stigm.* capitato-tetragonum. *Bacca* oblonga, obtuse 4-gona, 4-locularis. *Sem.* numerosa, obovata, dissepimentis adhærentia. (Flor. penduli.)

1. *coccinea*, pedunc. 1-floris axillaribus, cor. convoluta, fol. ternis lanceolatis. Willd. Sp. II. p. 340. Duham. Traité d'arbres. Ed nov. t. 13. Hab. sponte in R. chilensi et ad fret. Magellanicum. Cor. violacea. β ? F. *triphylla*. L.

2. *serratifolia*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. 3-4-oppositis oblongis serratis. Flor. Peruv. 3. p. 86. t. 323. Hab. in Peruv. locis subhumidis et subumbrosis. Cal. villosiusculus, roseo-ruber. Pet. punicea. ♄

3. *denticulata*, pedunc. axillaribus 1-floris, fol. ternis oblongo-lanceolatis denticulatis. Fl. Peruv. p. 87. t. 325. f. a. Cresc. in ripis et praeruptis calidis. Cal. purpureus. Pet. punicia obovata. ⊙

4. *ovalis*, pedunc. axillarib. racemosis foliosis, fol. 3-nis oppositisque ovalibus utrinque pubescentibus. Flor. Per. l. c. t. 524. Hab. in Munnae nemorib. Flor. punicei. ♄

5. *corymbiflora*, pedunc. terminalib. ternis corymbosis foliosis, fol. oblongo-lanceolatis. Flor. Per. l. c. t. 325. f. b. Hab. in nemoribus, loc. umbrosis.

6. *macrostema*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ternis ovatis subsinuato-dentatis, petal. patentibus obovatis. Flor. Per. p. 88. t. 324. f. b. Thilco. Feuill. Hist. 3. t. 47. Hab. in Chili uliginosis. Pet. caerulea. Stam. passim. 10. ♄

7. *decussata*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ternis oppositisque lanceolatis obsolete denticulatis. Flor. Per. p. 88. t. 323. f. b. Cresc. in umbrosis et subhumidis. Cal. roseo-puniceus.

8. *lycioides*, fol. pedunc. axillarib. cal. laciniis reflexis, fol. ovato-lanceolatis subternis. Andrew. t. 120. Hab. in Amer. septentrionali. Bac. subglobosa nigrescens? ♄

9. *simplicicaulis*, pedunc. terminalib. quaternis 1-floris involucratis, fol. quaternis lanceolato-linearib. Flor. Peruv. p. 89. t. 322. Hab. in Peruviae sylvis. Bacc. pubescens. Cal. roseus pubescens.

10. *rosea*, fol. fasciculatis inaequalib. alternisque lanceolatis integerrimis. Flor. Per. p. 88. In R. chilensis praeruptis. Fol. ex eodem centro 8. Flor. rosei.

11. *excorticata*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ovatis alternis (longe petiolatis.) Lin. suppl. p. 217. Lam. enc. 2. p. 566. Skinnera. Forst. prodr. n°. 161. Hab. in N. Zeelandia. Fol. subtus canescentia, enuissme serrato.

12. *apetala*, pedunc. terminalibus corymboso-umbellatis, fol. sparsis ovatis acuminatis integerrimis. Flor. Per. 3. p. 89. t. 323. Flor. magni. Cresc. in nemoribus.

923. MEMECYLON. *Cal.* superus, fundo striato, margine integerrimo. *Cor.* 1-petala. *Antherae* insertæ lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calyce cylindrico.

1. *capitellatum*, fol. ovatis petiolatis, umbellis capitatis axillaribus subsessilibus. Willd. II. p. 347. Lam. (Desrousseaux) enc. 4. p. 88. et ill. t. 284. f. 1. Hab. in Zeylona. ♄

2. *tinctorium*, fol. oblongo-ovatis petiolatis, corymbis axillaribus. Willd. M. ramiflorum. Lam. enc. 4. p. 86. Hab. in India orientali. Fol. flavo-viridia. ♄

3. *grande*, fol. acuminatis. Retz obs. 4. p. 26. Hab. in India orientali. Arb. Fol. opposita. Pedunc. axillares.

4. *cordatum*, fol. cordatis subsessilibus, umb. compositis axillaribus pedunc. Lam. enc. 4. p. 89. et ill. t. 284. f. 2. β? fol. minoribus amplexicaulibus, fructu globoso. Lam. l. c. Habit. in insula Mauritii, in India orientali. ♂

924. COMBRETUM. *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, superus. *Cor.* 4-petala, calyci inserta. *Stam.* longissima. *Caps.* quadrangularis: angulis membranaceis, 1-locularis. *Sem.* 1, oblongum. (Flor. quidam 10-andri.)

1. *laxum*, fol. oppositis, racemis laxis ebracteatis, cal. interne villosis. Willd. Sp. p. 319. Lam. ill. gen. t. 282. f. 1. Hab. in Amer. meridionali. ♃

2. *secundum*, fol. oppositis, racemis secundis ebracteatis, cal. glabris. Lam. ill. t. 282. f. 1. Jacq. amer. t. 176. f. 30 Ed. pict. t. 260. Hab. in fruticetis Carthag. Rami fructi et fol. fricata male olent.

3. *purpureum*, fol. ovato-oblongis calycibusque nudis, spicis simplicibus secundis. Vahl. symb. 3. p. 51. C. coccineum, flor. decandris, spicis laxis paniculatis. Lam. enc. 1. p. 734. ill. t. 282. f. 2. Cristaria. Sonnerat it. 2. t. 140. Hab. in Madagascar. ♄

4. *decandrum* (*album*), fol. oppositis oblongis acuminatis, racemis laxis bracteatis, flore longioribus, flor. decandris distichis. Willd. Roxb. corom. 1. p. 43. t. 59. Hab. in montosis sylvaticis Ind. orient. ♄

5. *alternifolium*, fol. alternis, flor. decandris. Jacq. amer. Ed. pict. t. 260. (C. *decandrum*). Hab. in Carthagena. Fruct. ad 20 pedes scandit. ♄

Obs. Forte melius novum et distinctum efficit genus. Cal. et Cor. 5-fida. Caps. 5-alares, non rigidae. Jacq.

925. VITMANNIA. *Cal.* 4-fidus, *Cor.* 4-petala. *Nect.* squama ad basin filamentorum. *Nux* semilunata, compressa, monosperma.

1. *elliptica.* Vahl. symb. 3. p. 51. t. 60. Samadera. Gaertn. de fr. et sem. 2. p. 352. t. 156. f. 3. Hab. in India orientali. Arb. Fol. alterna elliptica. Flor. umbellati. ♄

926. GRISLEA. *Cal.* 4-fidus. *Pet.* 4, ex incisuris calycis. *Filam.* longissima, adscendentia. *Caps.* globosa, supera, 1-locularis, polysperma.

1. *secunda*, fol. petiolatis glabris, corymbis axillaribus secundis. Willd. p. 320. Hab. in America calidiore. ♄

2. *tomentosa*, foliis sessilibus subtus tomentosis, corymbis axillaribus patulis. Willd. p. 321. Roxb. corom. 1. p. 29. t. 31. Lythrum fruticosum. Lin. Hab. in collibus Indiae et Chinae. Cortex lacerus. ♄

927. ROXBURGHIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Nectar.* foliola 4 lanceolata, medio petalorum inserta. *Antherae* geminæ, e basi folii nectarii dependentes. *Caps* unilocularis, bivalvis, polysperma. *Sem.* receptaculo spongioso inserta.

1. *Gloriosa.* R. gloriosoides. Roxb. corom. 1. p. 29. s. 32. Willd. Sp. p. 321. Habit. ad radices montium Indiae orientalis. Planta scandens media inter Liliaceas et Asclepiadeas. Radix tuberosa. Fol. petiolata cordata. Cal. flavus cor. purpurea major. W.



Sapindi. Cor. his 3-4-5-petala, quibusdam in medio villosa, s. glandulosa, aliis petal. interiore ad unguem aucta, stam. 6-10, plerumque 8, cum petalis disco inserta. Styl. numero varius 1 aut 3. Fruct. est vel drupa, vel capsula 1-3-cocca: coccul. monospermis. Plantae sunt vel frutices aut arbores, rarius herbae, fol. alternis, plerumque 1-2-3-ternatis aut pinnatis distinctae.

928. ORNITROPHE. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala, medio barbata. *Germen* didymum. *Baccæ* 2, monospermæ.

1. *integrifolia*, fol. ternatis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, racemis subsimplicibus. Willd. Sp. II. p. 322. Lam. ill. t. 309. f. 1. Jus. gen. pl. Hab. in insula Borbonia. ♄

2. *serrata*, polygama, foliis ternatis scabris, foliolis petiolatis ovatis acuminatis serratis, racemis simplicibus. Willd. Roxb. corom. 1. p. 44. t. 61. Hab. in montosis Indiae orientalis. ♃

Obs. In locis altis arbor evadit, in depressis frutex. Bacca comeditur, et radix adstringens contra diarrhoeam adhibetur. R.

3. *Cobbe*, fol. ternatis, foliolis petiolatis ovatis acutis serratis, subtus pubescentibus, racemis simplicibus, pedunculo tomentoso. Willd. Rhus Cobbe, fol. ternatis, foliolis ovatis acuminatis serratis, pedunc. tomentosis. L. Sp. pl. 382. Hab. in Zeylona. ♄

4. *Cominia*, fol. ternatis, foliolis petiolatis oblongis utrinque attenuatis subtus pubescentibus, racemis compositis. Willd. p. 323. Schmidelia Cominia. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 667. Rhus Cominia. Sloan. hist. 2. p. 100. t. 208. f. 1. Hab. in montosis Jamaicae occident. ♄

5. *occidentalis*, fol. ternatis, foliolis subsessilibus, racemis simplicibus. Willd. Schmidelia. Swartz. l. c. Allophylus racemosus. Swartz prod. 62. Hab. in frutetis montosis Hispaniolae. Foliola lateralia basi obliqua, subtus leviter tomentosa. ♄

6. *Schmiedelia*, fol. ternatis, foliol. petiolatis subserratis nudis, racem. simplicibus. Schmiedelia racemosa. Lin. Willd. Sp. II. p. 435. Burm. ind. t. 32. f. 1. Hab. in Ind. orient. Ram. flexuosi. Flor. digyni.

7. *rigida*, fol. simplicibus denticulato-spinosis, flor. racemosis. Sw. Fl. ind. occid. sub Schmiedelia. Hab. in montosis aridis Hispaniolae. ♄

8. *Allophylus*, fol. ovalibus acuminatis integerrimis. Allophylus Zeylanicus. Lin. Hab. in Zeylona. Arb. Perseae facie. Racem. brevissimi ex alis. L.

929. EUPHORIA. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, reflexa, medio intus subvillosa. *Baccæ* 2 (altera plerumque abortiva) corticosa, tuberculata, 1-locularis, 1-sperma. (*Stam.* 6, sæpius 8. Juss. Stam. 7. Lam.)

1. *punicea* (Litschi), fol. pinnatis, foliol. ovato-lanceolatis utrinque glabris, baccis scabris puniceis. Lam. enc. 3. p. 573. et ill. t. 306. Litschi chinensis Sonner. it. t. 129. Dimocarpus. Willd. Sp. II. p. 346. Scytalia. Gaertn. de fr. 1. 147. Sapindus edulis. Ait. Hab. in Ind. orient. Fruct. edulis, sapore gratus. Arb.

2. *longana*, foliolis ovato-oblongis: nervis lateralibus subtus eminentib., bacc. laeviusculis luteis. Lam. l. c. p. 575. Buchoz. ic. color. t. 99. Hab. in China. Arb. Antecedente multo procerior. Fruct. vero minores, minus boni.

930. CUPANIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, apice cucullata. *Stylus* 3-fidus. *Caps.* 3-locularis 3-valvis, loculis submonospermis. *Sem.* arillata.

1. *tomentosa*, foliis pinnatis, foliolis obovatis retusis, inferne ferrugineo-tomentosis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 657. Willd. Sp. II. p. 327. Trigonis tomentosa. Jacq. amer. 102. Hab. in montosis sylvaticis Hispaniolae. Petal. 3-angularia, intus hirsuta. Jacq. ♄

2. *glabra*, fol. pinnatis, foliolis ovatis obtusis crenatis glabris. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 659. Hab. in montosis Jamaicae, Hispaniolae. ♄

3. *Saponaria*, fol. pinnatis: foliolis oblongis attenuatis integerrimis, subtus scabris pubescentibus. Swartz l. c. 2. p. 661. Hab. in India occidentali. ♄

4. *laevis*, fol. pinnatis bijugis, corymbis paniculatis, fructibus obovato-truncatis triquetris. Willd. p. 329. sub Molinaea. Lam. illust. t. 305. f. 1. Hab. in insula Borbonia. Caps. obovatae triquetro-alatae.

5. *canescens*, fol. pinnatis bijugis, racemis paniculatis, fructibus ovatis. Roxb. Corom. 1. p. 43. t. 60. Willd. l. c. Hab. in montosis Indiae orientalis Panic. axillaris. Caps. trisulcata, non alata.

6. *alternifolia*, fol. pinnatis, foliolis alternis retusis, panicula coarctata. Willd. Lam. illust. t. 305. f. 2. Hab. in ins. Borbonia. ♄

7. *lentiscifolia*, caul. fruticoso, fol. alternis abrupte pinnatis: pinnulis lanceolatis integerrimis, flor. paniculatis. *Guioa lestiscifolia.* Cav. ic. pl. p. 50. t. 373. Hab. in Amer. insul. Babae. Caps. 3-alatae.

Obs. Secundum observationes ulteriores ill. Jussieu, genus Molinaea ab eo constitutum, Cupaniis inseri debet, quibus etiam adjicienda Toulicia Aubletii?

931. THOUINIA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, medio villosa. *Stigm.* 3-fidum. *Caps.* 8, monospermæ, alatæ.

1. *simplicifolia*, fol. simplicibus sinuato-dentatis. Poiteau in Annal. d. Museum d'hist. natur. Fasc. 13. p. 71. Hab. in ins. Dominica. Frut. ramosissimus. Fol. castaneaeformia.

2. *trifoliata*, fol. ternatis. Poiteau, l. c. Hab. cum priore. Herb. Juss. Flor. spicati, axillares uti in priore.

932. EPHIELIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, basi squamis 2 appendiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis, disperma.

1. *gujanensis.* E. fraxinea. Willd. Sp. II. p. 328. Mataiba gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 331. t. 128. Lam. ill. gen. t. 298. Hab. in Gujanae sylv. Arb. 50-60-pedalis. Fol. abrupte pinnata. Panic. divaricatae.

933. MELICOCCA. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 4, reflexa infra calycem. *Stigma* subpeltatum. *Drupa* corticosa.

1. *bijuga.* Lam. ill. t. 306. Jacq. amer. 108. t. 72. Ed. pict. t. 109. Comm. hort. 1. t. 94 Hab. in Amer. meridionali. Arb. procera, elegans. Nuces commeduntur ♄

934. KŒLREUTERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 4-petala irregularis. *Nect.* squamæ 4, bifidæ. *Caps.* inflata, 3-locularis, loculis dispermis.

1. *paniculata.* Duham. arb. ed. nov. t. 36. K. paullinoides. Herit. sert. angl. 18. t. 19. Sapindus chinensis, fol. pinnatis,

foliolis laciniatis. Lin. Hab. in China. Arbuscula 8–12-pedalis. Flor. flavi.

Obs. Vidi in Herbario Jussieui alteram speciem, fol. ternis simpliter serratis, distinctam, prope diem cum nonnullis aliis hac ex familia, ab illo describendam.

935. HEDWIGIA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Caps.* tricocca, 3-locularis. *Nuces* solitariæ.

1. *balsamifera.* Swartz. Flor. ind. occident. 2. p. 672. An *Tetragastris* ossea Gaertn. de fr. 2. p. 130. t. 2. hujus loci. Hab. in montosis sylvaticis Hispaniolae Arb. excelsa, fol. pinnatis. Racemi terminales.

Obs. Species tantummodo generis *Burserae* videtur, a quo sollummodo numero part. fructificat. differt. Et nomen *Hedwigia* inter muscos conservandum ob viri immortalis merita in illustrandam hance plantarum familiam.

936. AMYRIS. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga, patentia. *Stigma* subcapitatum. *Bacca* drupacea, 1-sperma, per abortum.

1. *polygama*, caule arboreo, fol. simplicibus sparsis lanceolato-ovatis integerrimis. Cavan. ic. 3. p. 20. t. 239. Willd. Sp. II. p. 333. Hab. in K. Chilensi. ♄

2. *montana*, fol. supradecompositis, foliolis omnibus linearibus, petal. integerrimis. Willd. Ait. Kew. 2. p. 57. R. tenuifolia. Desf. atl. 1. p. 336. R. legitima. Jacq. ic. rar. 1. t. 76. collect. 1. p. 74. Sylvestris. Mill. Thuill. paris. Hab. in collibus Helvetiae, Eur. austral. et Barbariae.

3. *chalepensis*, fol. supradecompositis, foliol. lanceolatis, petal. ciliato-dentatis. Hab. in Arabia. Simillima R. graveolenti. ♄

4. *angustifolia*, fol. inciso-pinnatifidis, laciniis lineari-cuneatis, flor. corymboso-patulis, petal. ciliatis. Mor. hist. 2. S. p. t. 35. f. 8? Hab. in ruderatis Montspelii. (Thiebaud.) R. montanae quoad fol. subsimilis.

5. *pinnata*, fol. pinnatis, foliol. lanceolatis, basi attenuatis serrato-crenatis, petal. integerrimis. Ait. Hab. in Canariis.

6. *patavina*, fol. ternatis, sessilibus linearib. integerrimis, basi attenuatis. Willd. Mich. N. gen. pl. 22. t. 19. Hab. prope Patavium. Petala plana, integra. ♄

7. *linifolia*, fol. simplicibus lanceolatis glabris, filamentis ciliatis, caule simplici herbaceo. Willd. Lam. ill. t. 345. f. 2. Barrel. t. 1186. Hab. in Hispania, in ruderatis, et in agro Tunetano. ♄

8. *villosa*, fol. lanceolatis petiolatis cauleque villosis, petal. oblongis, filam. basi lanatis Tableau de la côte occid. de la mer Caspienne, n°. 15. R. fruticulosa. Delabillard. Willd. In Oriente. ♃

tuberculata,

9. *tuberculata*, fol. lineari-lanceolatis, subtus caulibus, capsulisque tuberculatis. Forsk. arab. p. 86. Hab. in Aegypto. (Herb. Juss.) Caul. ramosissimus. ♄

10. *rosmarinifolia*, fol. linearib. subtus punctatis, caul. ramosissimo. Hab. in Hispania. Herb. Juss. Rad. fusiformis. ♃

1042. ERIOSTEMON. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, sessilia. *Filam.* plana, ciliata. *Anth.* pedicellatæ terminales. *Stylus* e basi germinis. *Caps.* 5, nectario toruloso insidentes. *Sem.* arillata.

1. *australasium*, fol. lanceolatis subrugosis. Smith. in Act. soc. Linn. v. 4. Hab. in Australasia. ♄

2. *capense*, fol. ovato-linearibus, subtus glandulosis. Diosma uniflora. L. Vid. hujus operis, p. 247. Hab. ad Cap. b. sp. ♄

1043. CROWEA. *Cal.* 5-partitus. *Petal.* 5, sessilia. *Filam.* plana subulata, pilis connexa. *Anth.* filam. adnatæ. *Styl.* e basi germinis. *Caps.* 5, coalitæ. *Semina* arillata.

1. *saligna*, fol. lanceolatis glabris, flor. axillarib. rubris. Andrew Repos. t. 79. C. *saligna*, caul. ramisque triquetris glabris, fol. alternis lanceolatis integerrimis flor. solitariis axillaribus. Vent. Hort. Malmais. 7. Hab. in Australasia. ♄

1044. QUASSIA. *Cal.* 5-phllus. *Petala* 5. *Nect.* 5-phyllum. *Drupæ* 5, distantes, bivalves, monospermæ, receptaculo carnoso insertæ. (Flor. etiam monoici aut 5-andri.)

1. *amara*, flor. racemosis hermaphroditis, fol. impari-pinnatis; foliol. oppositis sessilibus, petiol. articulat. alato. Lin. suppl 235. Lam. ill. t. 343. f. 1. Hab. in Surinamo. Frutex nec arbor. W. Petiolus more citri alatus.

Obs. Lignum Quassiae venale non ex hoc frutice venit, sed ab excelsa, quae minus amara. Vid. Willd. l. c.

2. *Simaruba*, flor. paniculatis monoicis, fol. abrupte pinnatis, foliol. alternis subpetiolatis, petiolo nudo. Lin. suppl. 234. Lam. ill. t. 343. f. 2. Simarouba amara. Aubl. guj. 2. p. 859. t. 331, 332. Hab. in locis arenosis Amer. australioris. Cortex lactescens amarus. Panic. axillares amplae. Drupae ovatae, subnigrae, receptaculo carnoso lateraliter affixae.

3. *excelsa*, flor. polygamis pentandris paniculatis, fol. impari-pinnatis, foliol. oppositis petiolatis, petiolo nudo. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 742. Hab. in submontosis Jamaicae et Caribaearum. ♄

1045. SIMABA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Filam.* basi dilatata, pilosa. *Caps.* 5, coriaceæ, 1-spermæ, receptaculo carnoso insertæ.

1. *gujanensis.* Aubl. guj. 1. p. 400. t. 153. *Zwingera amara.* Willd. Sp. II. p. 569. Hab. in sylvis Gujanae. Frut. octopedalis. Folia alterna impari-pinnata. Pedunculi triflori, axillares. Flor. albidi. W.

1046. GOMPHIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antheræ* subsessiles. *Drupæ* 2 s. 5, monospermæ, receptaculo subrotundo, carnoso insertæ.

1. *angustifolia*, fol. lanceolat. extrorsum serratis, panicula terminali, petalis calyce longioribus. Vahl. symb. 2. p. 49. Willd. p. 570. Hab. in India orientali. ♄

2. *nitida*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis serratis, panicul. terminalib., calycib. corollae aequalibus. Vahl. symb. 2. p. 49. Hab. in sylvis Jamaicae. ♄

3. *jabotapita*, racemis terminalib., petalis calyce triplo longioribus, drupis receptaculo immersis, foliis ovato-lanceolatis serratis. Willd. Ochna jabotapita. L. Plum. amer. 42. ic. 153.

4. *laevigata*, fol. lanceolatis obtusissim. integerrimis emarginatis, panicula terminali. Vahl. l. c.

5. *laurifolia*, racem. terminalibus, drupis receptaculo superimpositis, fol. oblongis utrinque acuminatis integerrimis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 741. Hab. in montib. Jamaicae. ♄

1047. THRYALLIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 3-cocca. *Sem.* mucronato-incurva.

1. *brasiliensis.* L. Marcgr. bras. 97. f. 3. Hab. in Brasilia. Ramis articulatis. Fol. opposita, ovata. Stipulae setaceae. Flor. parvi lutei.

1048. **CODON.** *Cal.* 10-partitus. *Cor.* campanulata, 10-fida. *Caps.* bilocularis, polysperma.

1. *Royeni.* L. Hab. ad Cap. b. sp. Fol. alterna, ovato-cordata.

1049. **POTALIA.** *Cal.* turbinatus, 5-partitus. *Cor.* 1-petala, 10-fida. *Filam.* annulo nectarifero inserta. *Bacca* sexsulcata, 3-locularis, polysperma.

1. *amara.* Aubl. gujan. 1. p. 394. t. 151. Lam. ill. t. 348. Nicandra. Willd. II. p. 541. Hab. in Guian. sylv. Corymb. pauciflorus. Cor. alba. ♃

Hesperideae *Decandrae* (gen. 1050–1055).

1050. **LIMONIA.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* solitaria.

* *Spinosae.*

1. *monophylla*, fol. simplicib., spinis solitariis. L. Willd. p. 541. Roxb. Corom. 2. p. 59. t. 83. Hab. in India orientali. Folia oblonga-ovata. Pedunc. axillares. ♄

2. *trifoliata*, fol. ternatis, spinis geminis. L. Jacq. ic. rar. t. 463. Collect. 3. p. 176. Andrew. t. 143. β inermis, foliis sessilibus. Willd. Sonnerat. it. p. 103. t. 63. Hab. in India orientali. Flor. trifidi.

3. *acidissima*, fol. pinnatis, petiolis alatis, spinis solitariis. L. Lam. enc. 3. p. 517. Rump. 2. t. 43. Hab. in India. ♄

4. *crenulata*, foliol. bijugis oppositis, petiol. alatis foliaceis. Roxb. l. c. Rheed. 4. p. 31. t. 14. Hab. in oris Coromandelicis. ♄

* * *Inermes.*

5. *lucida*, inermis, fol. simplicibus, pedunc. axillaribus. Forst. prod. n°. 191. Hab. in insula Mallicollo.

6. *mauritiana*, fol. subternatis, foliolis ovatis integris subacuminatis, panic. axillaribus. Lam. enc. 3. p. 517. Hab. in insula Mauritii. Habitus Rhois. ♄

7. *arborea*, fol. alternis quinatis, foliol. linearibus serratis laevibus. Roxb. l. c. Hab. in Coromandelia.

8. *pentaphylla*, inermis, fol. subquinatis, ovatis integris. Retz. obs. 5. p. 24. Roxb. l. c. p. 60. t. 84. Hab. in India. Racemi breves compositi. ♄

9. *madagascarensis*, fol. pinnatis, foliolis alternis subquaternis lanceolatis dentatis, panic. brevib. axillaribus. Lam. Hab. in Madagascar. Rhus refert.

10. *minuta*, inermis, fol. pinnatis, racemis corymbosis terminalibus. Forst. prodr. n°. 190. Cresc. in ins. Amicorum. ♄

1051. **FERONIA.** *Cal.* 5-partitus, planus. *Pet.* 5, oblonga. *Filam.* basi dilatata, villosa, disco hypogynio elevato inserta. *Bacca* corticosa, multilocularis: *locul.* carne spongiosa obvolutis.

1. *elephantum.* Roxb. corom. p. 21. t. 191. Correa in Act. Soc. Lin. 5. p. 224. Hab. in Indiae sylvis et montosis.

1052. **HEISTERIA.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Drupa* cal. colorato maximo.

1. *coccinea.* Jacq. amer. 126. t. 81. Ed. pict. p. 64. t. 122. Hab. in Martinicae sylv. ad torrentes.

1053. **MURRAYA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, campanulata. *Nect.* germen cingens. *Bacca* 1-sperma.

1. *exotica.* Murr. comment. goett. 9. p. 186. t. 1. Chalcas. Mant. p. 68. Burm. ind. p. 104. Lam. ill. t. 352. Rumph. 5. t. 18. f. 2. Hab. in India orientali. Fol. impari-pinnata. ♄

1054. **KOOKIA.** *Cal.* 5-dus, inferus. *Cor.* 5-petala, aequalis, infera. *Pomum* 5-loculare: loculis 1-spermis.

1. *punctata.* Willd. Sp. II. 558. Jacq. Schoenbr. 1. p. 53. t. 101. Lam. ill. t. 354. Hab. in China. Arb. ramul. petiolisque verrucoso-punctatis. Panic. divaricata. Fol. pinnata. ♄

1055. **BERGERA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stigma* turbinatum. *Bacca* 2-sperma.

1. *Koenigii.* L. Roxb. Corom. 2. p. 9. t. 112. Rumph. 1. p. 149. t. 53. f. 1. Hab.

in India orientali. Arb. Fol. alterna, pinnatae. impari. Corymbi terminales.

1056. GÆRTNERA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, lacero-ciliata. *Filam.* basi sub cohærentia: unicum reliquis longius. *Samara* monosperma, quadrialata: alis inæqualibus.

1. *racemosa.* Roxb. Corom. 1. p. 19. t. 18. Molina racemosa. Cavan. Diss. 9. p. 435. t. 263. Lam. ill. t. 349. Hiptage madablota. Gaert. sem. 2. p. 169. t. 116. Banisteria benghalensis. L. B. unicapsularis. Lam. enc. 1. p. 36. Hab. in Ind. orient. ♄

1057. TRIGONIA. *Cal.* 6-partitus. *Petala* 5, inæqualia: supremum basi intus foveolatum. *Nectarium:* squamæ 2, ad basin germinis. *Filam.* quædam sterilia. *Caps.* leguminosa, trigona, 3-locularis, 3-valvis.

1. *villosa*, fol. obovatis subtus tomentosis. Vahl. Ecl. amer. 2. Aubl. gujan. p. 188. t. 149. Lam. ill. t. 347 Hab. in Cajenna.

2. *laevis*, fol. oblongis utrinque glabris nitidis. Vahl. l. c. Aubl. p. 390. t. 150. Hab. in Gujana.

Obs. Cum Vahlio rectius ad Monodelphiam referendum est hoc genus.

1058. ADENOSTEMUM. *Cor.* 6-petala. *Stamina* triplici serie, gradatim minora. *Glandulæ* 2 ad basim singuli filamenti. *Stigm.* 2-3. *Drupa* 1-locularis. *Nux* durissima, 2-3-locularis. *Nuclei* compressi.

1. *nitidum*, fol. oblongo-lanceolatis nitidis. Syst. veg. Flor. peruv. et chil. p. 108. Lucuma Keule. Molin. hist. chil. p. 202. Hab. in R. Chil. nemorib. Arb. procera, semperflorens. Fol. resinosa et fruct. sapidissimi. Lignum ponderosum, venis pulcherrimis variegatum.

Obs. Auctores libri allegati hoc genus *Gomortegam* nuncuparunt in honorem *C. Ortegae*, ad quem vero planta quaedam jam a Linnaeo denominata extat.

1059. GODOVIA. *Cal.* 5-phyllus, coloratus. *Nectar.* cilia in 5-series. *Anth.* poris geminis dehiscentes. *Caps.* 5-angularis. *Semina* imbricata, alata.

1. *obovata*, fol. obovatis crenatis. Godoya. Syst. veg. Flor Per. etc. p. 101. Cresc. in Peruv. nemorib. Arb. pulchra, 2-ulnaris, ligno durissimo.

2. *spathulata*, fol. spathulatis crenatis, floribus polyandris. L. c. p. 102. Arb. stamina 40 fere. Lignum variis utensilibus inservit. ♄

MELIACEÆ. (Gen. 1060-1066.) Dignoscuntur petalis 4-5, ungue latiusculo et stam. filamentis in urceolum, apice dentato-antheriferum (Nectarium. L.) coalitis. Genera illa hinc potius Monadelpha. Stylo simplici. Fruct. est vel bacca aut capsularis, quae saepe valde grandescit, multilocularis. Fol. simplicia, aut composita, exstipulacea.

1060. TREMANTHUS. *Cal.* campanulatus, inferus. *Petala* revoluta, punctata. *Nect.* tubulosum. *Anth.* post dehiscentiam punctis setaceo-stellatis asperæ. *Drupa* obovata. (*Foveolaria.* Ruiz et Pavon. *Strigilia.* Cavan.)

1. *cordata*, fol. cordato-ovatis acutis (subtus helvolis), foveolis glanduliferis. Syst. veg. Flor. peruv. et chilens. p. 99. Sub Foveolaria uti sequentes. Hab. in Peruv. nemorib. Arb. procera.

2. *ovata*, fol. ovato-oblongis acuminatis glabris, foveol. minimis glanduliferis. Syst veg. l. c. p. 100. Cum priore Arb. excelsa.

3. *oblonga*, fol. oblongis acuminatis glabris, racem. ter-nis erectis. Syst. veg. l. c. Arbor 30-ulnaris.

Obs. Fol. in tribus hisce speciebus foveol. glanduliferis sunt instructa.

4. *ferruginea*, fol. oblongis brevi-acuminatis subtus lanuginosis eglandulatis, racemis solitariis erectis. L. c. Hab. in nemoribus altis frigidis. Lanugo duplex, stellato-penisilliformis, exterior ferruginea decidua, interior alba.

Obs. Strigilia *racemosa.* Cav. diss. 7. p. 353. t. 201. Willd. Sp. II. p. 551, eadem ac ultima species videtur.

1061. QUIVISIA. *Cal.* 4-5-dentatus.

Cor. 4-5-petala. *Nectar.* cylindricum, truncatum. *Antheræ* margini nectarii insertæ. *Caps.* 4-locularis: loculis submonospermis.

1. *racemosa*, *decandra*, fol. alternis oblongis integris utrinque attenuatis racemis axillaribus. Gilibertia decandra. Willd. Sp. II. p. 551. Decandra. Cavan. diss. 7. p. 367. t. 211. Hab. in insula Mauritii. ♄

2. *ovata*, fol. alternis-obovatis obtusis integris, pedunculis unifloris axillaribus, fructibus tomentosis. Willd. Cavan. diss. 7. p. 368. t. 212. Hab. in ins. Borbonia. ♄

3. *heterophylla*, fol. ovatis integris aut sinuato-pinnatifidis, floribus axillarib. binis. Cav. l. c. t. 213. f. 1. 2. β *Quercifolia.* Cum priore.

4. *oppositifolia*, fol. oppositis ovatis integerrimis glabris, flor. axillarib., pedunc. trifloris. Cavan. diss. 7. p. 368. t. 214. Hab. in insula Mauritii. ♄

1062. TRICHILIA. *Cal.* sub-5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* dentatum, cylindricum, in apice dentium *Antheras* gerens. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Semina* baccata.

1. *hirta*, fol. pinnatis, foliol. pauciorib. ellipticis acuminatis glabris, racemis confertis. Swartz. obs. p. 171. Willd. Sp. II. p. 552. Sloan. hist. 2. t. 220 f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

2. *spondioides*, fol. impari-pinnatis subhirsutis; foliol. numerosis, inferiorib. majoribus, racemis axillaribus. Swartz Fl. ind. occid. 2. p. 730. Jacq. Schoenb. 1. p. 54. t. 102. Sloan. hist. 2. p. 103. t. 210. Cum priore. Hab. in sylvaticis montosis Amer. calidior. ♄

3. *emetica*, fol. pinnatis subtus villosis, foliol. ellipticis. Vahl. symb. 1. p. 31. Hab. in montib. Arabiae felicis. ♄

4. *glabra*, fol. pinnatis glabris, foliolis extimis majoribus. L. T. havanensis. Jacq. amer. 129. n°. 2. t. 175. f. 38. Hab. in Havanae sylvis montosis. ♄

5. *pallida*, fol. impari-pinnatis membranaceis, racemis axillaribus terminalibusque, flor. octandris, caps. bivalvibus. Sw. Fl. ind. occ. 2. p. 733. Portesia ovata. Cav. diss. 7. p. 369. t. 215. Lam. ill. t. 302. f. 1. Hab. in fruticetis montosis Hispaniolae. ♄

6. *capensis*, fol. impari-pinnatis margine undulatis, panic. axillaris. Ekebergia capensis. Thunb. Willd. Sp. II. p. 549. Lam. ill. t. 358. Hab. in Cap. bon. sp. ♄

7. *moschata*, fol. alternatim pinnatis, racemis axillaribus, florib subdecandris monopetalis, caps. monospermis. Swartz 2. l. c. p. 735. Hab. in Jam. borealis sylvis. ♄

8. *spectabilis*, fol. pinnatis, foliol. obovatis, racemis axillaribus compositis. Forst. prod. n.° 188. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

9. *alliacea*, fol. pinnatis, foliol. lanceolatis acutis, racemis axillaribus supradecompositis. Forst. prod. n°. 189. Hab. in insula Namoka. ♄

10. *heterophylla*, fol. pinnatis ternatisque, foliol. ovatis acuminatis, racemis axillaribus octandris. W. Portesia mucronata. Cavan. diss. 7. p. 370. t. 216. Lam. l. c. f. 2. Hab. in Madagascar. ♄

11. *trifoliata*, fol. ternatis, foliol. obovatis nitidis. Vahl. symb. 1. p. 31. Jacq. amer. 129. t. 82. Ed. pict. t. 123. Hab. in Amer. merid. ♄

12. *nervosa*, fol. ternatis, foliol. ovatis. Vahl. l. c. Hab. in Java. ♄

13? *spinosa*, fol. simplicibus ovatis emarginatis, ramis spinosis. Willd. p. 554. T. virens. Hellenius in Act. holm. 1788. p. 294. t. 10. f. 1. Hab. in India. Bacca trilocularis. Medium tenet inter Trichiliam et Limoniam. W.

1063. TURRÆA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectar.* longum, cylindricum, ore inter dentes *antheras* gerens. *Caps.* 5-cocca. *Semina* bina.

1. *virens*, fol. elliptico-lanceolatis emarginatis glaberrimis, calycib. fructibusque sericeo-villosis. Willd. Sp. II. p. 555. Hab. in Ind. orientali. Arb. Flor. laterales, congesti in spicam minimam. An diversa a Quivisia decandra? †

2. *pubescens*, fol. ovatis emarginatis subtus pubescentibus, calycibus villosis. Willd. Hellen. in Act. holm. 1788. p. 269. t. 10. f. 3. Hab. in ins. Hainam. Fructus ignotus. ♄

3. *maculata*, fol. ovatis acutis-glabris, calycib. ciliatis. Willd. Smith. ic. ined. 1. p. 11. t. 11. T. glabra. Cav. diss. 7. p. 360. t. 204. Hab. in Madagascar, cum 2 sequentibus. ♄

4. *sericea*, fol. ovatis obtusiuscul. utrinque tomentosis, calycib. peduncul. petalisque villosis. Willd. Smith. ic. ined. p. 12 t. 12. T. tomentosa. Cavan. l. c. p. 361. t. 205. f. 2.

5. *lanceolata*, fol. lanceolatis utrinque rotundatis glabris, laciniis calycinis longissimis lanceolatis. Willd. Cav. l. c. t. 205. f. 1.

1064. SANDORICUM. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindricum, truncatum, ore *antheras* gerens. *Drupa* magna, nucibus 5-fœta.

1. *indicum*. Cav. diss. 7. p. 357. t. 202 et 203. Lam. enc. 3. p. 69. ill. t. 350. Hab. in Philippinis et Moluccis. Arb. centro rubro. Fol. ternata. Panic. axillaris. Affine Trichiliae nervosae. W. ♄

1065. SWIETENIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindricum, ore *antheras* gerens. *Caps.* 3-5-locularis, lignosa, magna, 3-5-valvis. *Sem.* imbricata, alata.

1. *Mahagoni*, fol. pinnatis subquadrijugis, foliol. ovato-lanceolatis basi aequalibus, paniculis axillaribus. Willd. Sp. II. p. 557. Cavan. diss. 7. p. 365. t. 209. Jacq. amer. 127. Ed. pictat, etc. Catesb. car. 2. p. 81. t. 81. Hab. in Amer. meridionali, in petrosis. Caps. basi dehiscens. Arb. magna, cujus lignum est illud Mahagone, s. Acajou.

2. *febrifuga*, fol. pinnatis subquadrijugis, foliol. elliptico-subrotundis emarginatis, basi inaequalibus, panicula terminali divaricata. Willd. Roxb. Corom. 1. p. 18. t. 17. In montibus Indiae orientalis. ♄

3. *Chloroxylon*, fol. pinnatis multijugis, foliol. dimidiato-cordatis obtusis, panicula terminali patenti. Willd. Roxb. l. c. 1. p. 46. t. 64. Hab. cum priore. Caps. apice dehiscens. R. ♄

4? *senegalensis*, octandra, fol. abrupte pinnatis subtrijugis, fructu quadrivalvi. Desrouss. in Enc. bot. 4. p. 679. Hab. in Senegal. Fruct. pomiformis, recept. centrali 4-gona. ♄

1066. MELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindraceum, dentatum, fauce *antheras* gerens. *Drupa* nuce quinquelocularl.

1. *Azedarach*, fol. bipinnatis, foliolis laevibus ovatis dentatis. Willd. p. 558. Cav. diss. 7. p. 363. t. 207. Lam. ill. t. 352. Hab. in Syria, Zeylona, et Eur. austr. Pulpa fructus venenata est.

2. *sempervirens*, fol. bipinnatis, foliol. rugosiusculis subseptenis. Swartz. Flor. 2. p. 737. Comm. hort. t. 176. Hab. ad sepes in Jamaica. Priore minor.

3. *composita*, fol. pinnatis, foliol. infimis ternatis, flor. tomentosis. Willd. Sp. II. p. 559. Hab. in Ind. Ramul. nigricantes, juniores tomentosi. Fruct. ignotus. †

4. *Azadirachta*, fol. pinnatis, foliol. lanceolatis acuminatis subfalcatis. Cav. Desf. 7. p. 364. t. 208. Burm. zeyl. t. 15. Rheed. 4. t. 52. Hab. in India. Arb. sempervirens. Flor. pallidi.

1067. MONOTROPA. *Cal.* 0. *Petala* 10, horum 5 exteriora basi excavato-mellifera. *Caps.* 5-valvis.

1. *Hypopithys*, florib. glabris lateralibus octandris. L. Flor. dan. t. 232. Hab. in sylvis, umbrosis, etiam in Amer., quae minor.

2. *lanuginosa*, caul. spicifloro, bract. floribusque lanuginosis. Mich. Flor. 1. p. 266. Hab. in sylv. Carol.

3. *Morisoni*, caul. elongato striato, 1-floro, squamis distantibus. Mich. l. c. Moris. s. 12. t. 16. f. 5. In Carol. sylv. umbrosis.

4. *uniflora*, maximo cernuo, squamis approximatis. Michaux. l. c. Catesb. car. 1. p. 36. t. 36. Hab. in Amer. boreali. Caul. crassus. ♃

1068. DIONÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 6. *Caps.* 1-locularis, gibba, polysperma.

1. *Muscipula*. L. Vent. Malmais. t. 29. Hab. in Carolinae uliginosis. Folia sunt sensibilia, ut dum insectum irrepat aut insideat folio, se claudant.

ONAGRÆ *Decandrae*. (Gen. 1069-1072.)

1069. JUSSIEUA. *Cal.* 4-5-partitus, superus, persistens, patens. *Pet.* 4-5, ovata, patentia. *Caps.* 4-5-locularis, oblonga, angulis dehiscens, cal. coronata. *Sem.* numerosa minuta, receptaculo angulato centrali adnexa. (Stam. 8-10.)

1. *grandiflora*, rad. repente, caul. erectis

pendulic. calycibusque villosis, fol. integerrimis inferiorib. spathulatis superiorib. lanceolatis, flor. decandris. Michaux. Flor. 1. p. 267. Hab. in Georgiae paludosis. ♄

2. *repens*, caul. repente, fol. spathulatis, floribus pentapetalis decandris. L. Willd. Sp. II. p. 574. Lam. enc. 3. p. 330. Rheed. 2. t. 51. β *adscendens*. L. Mant. p. 69. Hab. in Indiae humidis. ♄

3. *inclinata*, erecta glabra, flor. 4-petalis octandris pedunculatis. Lin. suppl. p. 235. Hab. in America praesertim meridionali. Priori valde affinis.

4. *tenella*, glabra, flor. pentapetalis subsessilibus, fol. oppositis lineari-lanceolatis. Burm. ind. 103. t. 34. f. 2. Hab. in Java. †

5. *linearis*, fol. linearibus sessilibus hispidis, flor. tetrapetalis octandris. Willd. p. 575. Hab. in Guinea. Caul. erectus, ramos. Rami divaricati, pilis sparsis. Fol. longissima. Germen hispidum. W.

6. *linifolia*, fol. laciniisque calycinis lineari-lanceolatis glabris, flor. sessilibus octandris. Vahl. p. 32. Hab. in Amer. merid. Caul. inferne tetragonus. Rami alterni, subfiliformes, patentissimi. V.

7. *peruviana*, erecta, flor. pentapetalis, pedunc. bracteatis, fol. oblongis utrinque attenuatis subtus pubescentibus. Willd. Few. peruv. 716. t. 9. Hab. in Lima. Fol. emollientia.

8. *hirta*, erecta hirsuta, fol. lanceolatis attenuatis subtus hirtis, flor. pedunculatis octandris. Oenothera hirta. Plum. spec. 7. ic. 174. f. 2. Hab. in America calidiore. ♄

9. *octovalvis*, erecta, flor. tetrapetalis octandris pedunculatis, caps. multivalvibus, fol. lanceolatis. Swartz. obs. 142. J. *octonervia*. Lam. enc. 3. p. 332. Oenothera octovalvis. Lin. Hab. in Antill. Fructus 4-valvis non 8-valvis, sed striis 8 distinctus. Lam.

10. *angustifolia*, glabra, fol. alternis lineari-lanceolatis, flor. 4-petalis, caps. longiusculis pedunculatis. Lam. enc. 3. p. 331. Herba Vitiligium. Rumph. 6. t. 21. f. 1? Hab. in ins. Java et Molucc.

11. *caryophyllaca*, glabra, fol. lanceolatis, flor. 4-petalis, caps. brevibus subsessilibus. Lam. l. c. Herm. lugd. 396. Rheed. 2. t. 4. β. Maderaspatana. Pluck. alm. 236. t. 203. f. 5. Hab. in India.

12. *villosa*, tomentosa, fol. lanceolatis, flor. 4-petalis, caps. longiusculis curvis sessilibus. Lam. l. c. J. *suffruticosa*. Lin.? Rheed. 2. t. 50 (non 49).

13. *erecta*, glabra, fol. lanceolatis, flor. tetrapetalis, caps. sursum subattenuatis sessilibus. Lam. l. c. p. 332. Gaertn. de Fr. p. 159. t. 31. Burm. amer. t. 175. f. 2. Hab. in Amer. meridion. Rad. napiformis.

14. *pubescens*, erecta villosa, florib. 5-petalis decandris sessilibus. L. Sloan. jam. 85. Cum priore. †

1070. CACUCIA. *Cal.* campanulatus, limbo dilatato, 5-fido, deciduo. *Petala* 5. *Caps.* subbaccata, ovata, 5-angularis, 1-locularis, 1-sperma.

1. *coccinea*. Aubl. gujan. 1. p. 450. t. 179. Gmel. Syst. p. 693. Lam. ill. t. 389. Schousboea. Willd. Hab. in Gujana. Frut. sarmentosus. Flor. spicati, bracteati.

1071. GUIERA. *Cal.* oblongus, gracilis, 4-dentatus. *Petala* 5. *Stam.* exserta. *Caps.* longa angusta, villosissima, 1-locularis, subquinquesperma.

1. *senegalensis*. Juss. gen. pl. Lam. ill. gen. t. 360. Hab. in Senegal. Fol. opposita. Flor. capitati, involucro 4-phyllo cincti. ♄

1072. PETALOMA. *Cal.* urceolatus, 5-dentatus. *Petala* 5, calyci inserta. *Stamina* margin. calycis insidentia. *Bacca* 1-locularis, coronata.

1. *myrtilloides*, pedunc. solitariis 1-floris, fol. subsessilibus ovatis attenuatis basi obliquis. Swartz. Flor. 2. p. 833. Willd. p. 542. Sloan. hist. 2. p. 78. t. 187. f. 3. In sylvis Hispaniol. et Jamaic. ♄

2. *Mouriri*, pedunc. confertis axillaribus, fol. petiolatis ovatis acuminatis. Swartz. l. c. p. 836. Mouriria gujanensis. Aubl. 1. p. 453. t. 180. Lam. ill. t. 366. Hab. in Gujanae sylvis. Bacc. 4-sperm.

1073. QUISQUALIS. *Cal.* 5-fidus, filiformis. *Cor.* tubus longissimus. *Petala* 5. *Drupa* 5-angulari.

1. *indica*, fol. ovatis. β. *pubescens*, fol. subcordatis pubescentibus. Burm. ind. t. 35. f. 2. Rumph. 5. t. 38. Lam. ill. t. 357. Hab. in India. ♄

1074. DAIS. *Involucrum* 4-5-phyllum. *Cor.* 4. s. 5-fida. *Stigm.* capitatum. *Bacca* 1-sperma. (Stam. etiam 8.)

1. *cotinifolia*, fol. obovatis obtusis, florib. quinquefidis villosis. Willd. Sp. II. p. 579. Lam. ill. t. 368. f. 1. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

2. *disperma*, flor. octandris decandrisque, fol. ovato-lanceolatis enerviis. Forst. prod. n°. 192. Hab. in ins. Tongatabu. ♄

3. *octandra*, fol. ovato-lanceolatis venosis, florib. glabris quadrifidis octandris. Willd. Burm. ind. t. 33. f. 2. Hab. in India. ♄

4. *laurifolia*, flor. decandris, fol. lanceolatis acutis. Jacq. ic. rar. 1. t. 77. Collect. 1. p. 146. Var. D. octandrae secundum. Willd. Hab. in India. ♄

* *linifolia*. Lam. enc. 2. p. 255. Ej. ill. gen. t. 368. f. 3. est Gnidia capitata. L. vid. huj. lib. p. 436.

* *madagascariensis*. Lam. l. c. p. 254. et ill. l. c. f. 2. Gnidia daphnaefolia var. glabra. L.

* *pubescens*. Lam. l. c. p. 255. S. Gn. daphnaef. β hirsuta. L. Suppl. Tres hae Gnidiae L. ob involucr. potius Daides sunt.

1075. CERATOPETALUM. *Cal.* 5-partitus, staminiferus, persistens. *Petala* 5, pinnatifida. *Antheræ* calcaratæ. *Caps.* in fundo calycis tecta, bilocularis.

1. *gummiferum*. Smith. N. Holl. 1. p. 9. t. 3. Hab. in Australasia. Arbor procera. Fol. opposita ternata. Panic. terminalis. Pet. flava. W. ♄

MELASTOMEÆ (Gen. 1076-79.) *cal.* habent campanulato-tubulosum in quibusd. squamis cinctum persistentem, cui *Petala* et stamina inserta. *Filam.* 8, 10, 12, apice saepius bisetosa aut biauriculata. *Anth.* longae, rostratae, incumbentes. *Fruct.* est vel bacca, vel capsula, aut cal. coarctato tectus, aut inferus, multilocularis, polyspermus. Caul. utplurimum frutescens. Fol. opposita, simplicia, nervosa. Juss.

1076. MELASTOMA. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Petala* 5, calyci inserta. *Antheræ* longæ, arcuatæ. *Bacca* 3-locularis, calyce obvoluta. (Stam. etiam 8 et 13. Fol. plerisque eleganter nervosa-venosa.)

* *Fol. trinerviis.*

1. *calyptrata*, fol. elliptico-lanceolatis attenuatis trinerviis glabris obsolete denticulatis, flor. paniculatis dodecandris. Willd. Sp. II. p. 581. Hab. in ins. Montserrat. Flor. calyptrati, petala flava. V. ♄

2. *crenata*, hispida, fol. subcordatis oblongis crenatis acuminatis, racemis axillaribus paucifloris longitudine petioli. Vahl. eclog. 1. p. 41. Ej. ic. ecl. ill. t. 24. Hab. in Amer. meridionali. ♄

3. *rigida*, fol. trinerviis subdenticulatis subcordato-ovatis rigidis, subtus scabris, racemis terminalibus paniculatis ferrugineo-hirtis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 768. Hab. in montibus caeruleis Jamaicae. ♄

4. *montana*, fol. trinerviis subdenticulat. glabriusculis, racemo terminali, pedunc. tripartito-trifidis patulis, petal. retusis, cal. truncato. Swartz. l. c. p. 766. Hab. in mont. Jamaic. australis. ♄

5. *procera*, arborea, fol. trinerviis subdenticulatis glabris, racemo terminali, pedunc. trifidis erectis, calycibus truncatis. Swartz. l. c. p. 764. Hab. in altis montibus Jamaicae. ♄

6. *adscendens*, fol. trinerviis denticulat. ovatis acutis glabris, racemo ovato terminali, racemulis floribus subsecundis, caule scandente. Swartz. l. c. p. 772. Hab. in sylvis mont. Jam. ♄

7. *aspera*, fol. ovato-lanceolatis integerrimis trinerviis scabris, flor. terminalibus subcorymbosis. Willd. p. 583. L. Sp. pl. 560. Burm. zeyl. t. 72. Rumph. 4. t. 43. Hab. in India. ♄

8. *ledifolia*, villosa, fol. ovato-lanceolatis integerrimis trinerviis, flor. axillarib. terminalibusque bracteatis. Lam. enc. 4. p. 48. Hab. in Peru. Bracteae binae sub calyce. L. ♄

9. *strigosa*, fol. integerrimis trinerviis strigosis ovatis, flor. solitariis. Lin. suppl. 236. Hab. in N. Granada. Caul. strigis adpressis scaber. Cal. strigosus. Cor. purpurea. L. ♄

10. *aromatica*, fol. ovatis nitidis, subtus subpilosis, nervis cauleque strigosis, calycib. basi bract. imbricatis. Vahl. eclog. M. Tibouchina. Lam. enc. 4. p. 48. Tibouchina aspera. Aubl. 1. p. 445. t. 177. Hab. in Guiana. Fol. 5-nervia. Lam. l. c.

11. *holosericea*, fol. oblongo-ovatis in-

tegerrimis subtus canis, spicis racemosis bipartitis, floribus confertis biseriatis. Vahl. eclog. 1. p. 42. L. Sp. pl. 559. Pluk. mont. 4. t. 252. f. 2. Hab. in Brasilia, Surinamo. ♄

12. *velutina*, fol. trinerviis integerrimis sessilibus ovatis acutis villoso-sericeis, racemis brachiatis, ramis bipartitis, caule acute quadrangulo. Willd. p. 584. Hab. in Jam. Brasilia. ♄

13. *sessilifolia*, fol. integerrimis trinerv. spathulatis sessilib. subtus subtomentosis. L. Brown. jam. 219. t. 29. Pluk. alm. 50. t. 249. f. 2. Hab. in Jamaica. ♄

14. *ramiflora*, fol. trinerviis integerrimis ovato-lanceolatis scabriusculis, ramis floriferis, flor. pedunc. subconfertis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 775. Hab. in St.-Thomae locis paludosis. ♄

15. *glabra*, fol. integerrimis trinerviis oblongis acuminatis glabris, panic. terminali, calycib. circumscissis. Willd. Forst. prod. n°. 194. Hab. in Societat. insulis. ♄

16. *involucrata*, glabra, fol. ellipticis obtusiusculis serrulatis trinervibus, flor. litariis axillaribus involucratis. Lam. enc. 4. p. 35. Hab. ad St.-Domingo.

17. *diffusa*, pilosa, fol. ovatis trinerviis serrulatis, flor. ad axillas ramulorum solitariis, caul. pandiculato. Lam. l. c. p. 38. Hab. in Cayenne. Ramuli apice glandulosi.

18. *punctata*, fol. lanceolatis integerrimis subtus ochroleucis excavato-punctatis, panic. composita terminali. Lam. l. c. p. 50. Hab. ad St.-Domingo.

19. *cornifolia*, glabra, fol. ovato-acuminatis trinerviis integris, cal. striato infundibuliformi, panic. terminali. Lam. p. 81. Hab. in ins. Martinica. Fol. eleganter ex viridi subflavescunt.

20. *myricoides*, laeviuscula, fol. ovatis subacuminatis denticulatis trinerviis, panic. terminalibus, fructu granuloso. Enc. l. c. Hab. in Antillis. Rami nodoso-articulati.

21. *chrysophylla*, glabra, fol. ovatis acutis trinerviis integerrimis subtus aureo-virentibus, panic. terminali. Lam. enc. 4. p. 50. Hab. in Madagascar. Fol. subtus flavo-viridia. ♄

22. *quadrangularis*, fol. trinerviis integerrimis ovato-lanceolatis glabris, nervis subtus coloratis, ramis tetragonis, racemo stricto terminali. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 770. Hab. in Jamaicae montib. altis. ♄

23. *trinervia* (*bipartita*), fol. trinerviis absque marginali, integerrimis utrinque glabris tenuioribus, racemis terminalibus, racemulis bipartitis, flor. sessilibus. Swartz. l. c. p. 774. Cum priore.

24. *repens*, fol. obovatis glabris trinervib. subintegerrimis, florib. solitariis terminalib. caule repente. Lam. l. c. p. 54. illust. gen. t. 362. f. 2. M. octandra. Retz. obs. 4. p. 25. Hab. in China. ♃

25. *glabrata*, fol. trinerviis subdenticulatis ovatis acutis glabris coriaceis, pedunc. terminalibus solitariis unifloris, florib. octandris. Swartz. p. 806. Hab. in alpibus Jamaicae australioris. ♄

26. *glandulosa*, fol. trinerviis integerrimis ovatis, superne strigoso-scabris, subtus hirsuto-hispidis glandulosis, racemis terminalibus, flor. confertis octandris. Swartz. 2. p. 799. Hab. in summ. montib. Jamaic. ♄

27. *hirtella*, fol. trinerviis integerrimis, margine hispido-pilosis, pedunc. brevissimis axillaribus trifloris, florib. octandris. Sw. 2. p. 810. Hab. cum priore. ♄

28. *triflora*, fol. trinerviis elliptico-lanceolatis integerrimis, ramis petiolis calycibusque strigosis, floribus axillaribus subpedunculatis ternis. Vahl. eclog. 1. p. 46. Hab. in Caribaeis. ♄

29. *octandra* (*zeylanica*), fol. integerrimis trinerviis ovato-lanceolatis glabris, margine nervisque subtus hispidis, floribus terminalibus. Willd. Hab. in Zeylona. ♄

30. *divaricata*, fol. trinerviis integerrimis ovatis acutis subtus pubescentibus, panic. terminali divaricata, floribus octandris. Willd. Hab. id India orientali. Rami seniores nigricantes, juniores ferrugineo-tomentosi. Cal. urceolat. ♄

31. *tetrandra*, fol. trinerviis integerrimis oblongis basi emarginatis convexiusculis glabris, racemo erecto terminali, flor. tetrandris. Swartz. l. c. p. 795. Hab. in mont. Jamaicae australis. ♄

32. *fascicularis*, fol. integerrimis ovatis acutis scabris, ramis floriferis, flor. confertis pedunculatis octandris. Swartz. 2. p. 801. Hab. in mont. Jamaicae interioris. ♄

33. *angustifolia*, fol. trinerviis lineari-lanceolat. integerrimis subtus incanis, ramis virgatis, panic. terminalibus, flor. erectis octandris. Swartz. 2. p. 796. Hab. in Jamaica inque insula St.-Johannis. ♄

34. *purpurascens*, fol. trinerviis integerrimis oblongis acutis striatis glaberrimis,

racemis lateralibus tripartitis patulis, flor. octandris. Swartz. p. 804. Hab. in Jam. mont. excelsis.

35. *alpina*, fol. trinerviis integerrimis ovatis coriaceis glabris, panic. simpliciter trichotomis, flor. distinctis 8-andris. Swartz. l. c. p. 800. Habit. in insulae Guadeloupe muscosis.

36. *hirsuta*, fol. trinerviis subdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis hirsutis, pedunc. axillaribus divaricatis trifidis, flor. 8-andris. Swartz. Flor. 2. p. 801. Hab. in Jamaica, ad thermas prope Bath.

37. *microphylla*, fol. trinerviis subdenticulatis ovatis obtusis superne hispidis, subtus tomentosis ferrugineis, pedunc. trifidis axillaribus, flor. 8-andris. Swartz. l. c. p. 803. Hab. in Jam. australi. Priori affinis.

38. *micrantha*, fol. trinerviis-denticulatis oblongis utrinque acutis glabris, racemis axillaribus redinathis, florib. acuminatis 8-andris. Swartz. Hab. in montib. Jamaicae occidentalis.

39. *capillaris*, fol. trinerviis subdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis glabris, pedunc. capillaribus trifloris, flor. 8-andris. Swartz. p. 808. Hab. in mont. Jam. austral.

40. *rubens*, fol. trinerviis denticulatis ovato-lanceolatis glaberrimis, ramis petiolisque coloratis, racemo terminali, flor. dioicis 8-andris. Swartz. l. c. 2. p. 797. Hab. in alpib. Jam. australis. Purpurascens.

** *Fol. triplinerviis.*

41. *Grossularioides*, fol. subrotundo-ovatis acuminatis denticulatis triplinerviis glabris. Willd. p. 585. Pluk. alm. t. 249. f. 4. Hab. in Surinamo. ♄

42. *parviflora*, fol. ovato-lanceolatis utrinque attenuatis denticulatis triplinerviis glabris, panicula terminali trichotoma. Willd. p. 586. Aubl. guj. 1. p. 433. t. 171. Enc. bot. 4. p. 62. Habit. in paludosis Cajennae, Gujanae. Tincturam nigram praebet. ♄

43. *succosa*, fol. ellipticis acutis integerrimis triplinerviis hirsutis subtus tomentosis, flor. lateralibus subsessilibus, petalis denticulatis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 418. t. 162. Hab. in sylvis Gujanae, Cajennae. ♄

44. *arborescens*, fol. subrotundo-ovatis acutis integerrimis triplinerviis glabris, corymbis bracteatis lateralibus, petalis biunguiculatis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 420. t. 163. Cum priore.

45. *longifolia*, fol. lanceolatis glabris trinerviis. ad summitatem caulis quaternis, flor. parvis albis paniculatis, fructu parvo caeruleo. Aubl. guj. 1. p. 432. t. 170. Hab. in Gujan. ad ripam amnis Galibiensis. ♄

46. *prasina*, fol. triplinerviis integerrimis lato-lanceolatis glabris, panic. terminali patentissima. Swartz. 2. p. 777. M. laevigata. Aubl. 1. p. 412. t. 159. Hab. in America boreali.

47. *trichotoma*, laeviuscula, fol. lato-ovalib. acuminatis triplinerviis integerrimis, panic. trichotomis amplis terminalibus. Lam. enc. 4. l. c. Hab. . .

48. *staminea*, laeviuscula, fol. ovatis subacuminatis integerrimis 5-nerviis: nervis fuscis, cal. turbinato striato. Lam. p. 53. Hab. in Brasilia. Priori affinis.

49. *acuminata*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis undato-subdentatis triplinerviis, panic. terminalibus. Lam. p. 54. Hab. Guadeloupae. Panic. bract. nullis.

50. *marginata*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis triplinerviis marginato-ciliatis, pedunc. brevibus paucifloris, cal. echinato. Lam. enc. v. 4. p. 32. Hab. in Brasilia. Cal. fructus Dauci refert.

51. *multiflora*, glabra, fol. lanceolatis serratis, triplinerviis, panic. lateralibus, cal. turbinato subtruncato. Lam. l. c. p. 35. Hab. ad St.-Domingo. Panic. divaricata.

52. *amygdalina*, glabra, fol. angusto-lanceolatis complicatis serratis, panic. breviusculis lateralibus, cal. cylindrico. Lam. l. c. Cresc. cum priore, cui affinis.

53. *lanceolata*, fol. angusto-lanceolatis triplinerviis margine denticulato-scabris subtus ferrugineis, panic. terminali. Lam. l. c. p. 42. Hab. ad St.-Domingo.

*** *Fol. triplinerviis.*

54. *verticillata*, fol. triplinerviis oblongis attenuatis denticulatis villosis, supra scabris, racemis axillaribus, flor. verticillatis. Vahl. eclog. 1. p. 47. Hab. in Caribaeis. ♄

Obs. Flores in hac uti in sequentib. speciebus hujus divisionis 8-andri sunt.

55. *cinnamomifolia*, fol. subintegerrimis triplinerviis lanceolatis acuminatis. Jacq. collect. 2. p. 111. t. 6. M. *acuminata*. Vahl. Willd. p. 597? Hab. in Montserrat. ♄

56. *lateriflora*, fol. obovatis acuminatis setaceo-subserratis glabris, pedunc. infra-

foliaceis aggregatis unifloris. Vahl. l. c. p. 48. Hab. in mont. ins. Montserrat. ♄

57. *elaeagnoides*, fol. triplinerviis integerrimis lato-lanceolatis subtus albido-tomentosis, pedunc. terminalibus trichotomis, flor. solitariis. Swartz. Fl. 2. p. 815. Hab. in ins. St.-Johann. Amer. ♄

58. *scabrosa*, fol. triplinerviis denticulatis ovatis scabris hirsutis, flor. axillaribus aggregatis sessilib. octandris. Swartz. obs. 174. Brown. jam. 219. t. 24. f. 3. Hab. in Jam. montibus. ♄

59. *virgata*, fol. triplinerviis integerrimis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, ramis virgatis floriferis, racemis decussatis diffusis sparsis, flor. octandris. Swartz. 2. p. 816. Hab. in Jamaic. sylvestribus montium. ♄

**** *Fol. quintuplinerviis.*

60. *agrestis*, villosa, fol. ovato-lanceolatis denticulatis quintuplinerviis, corymbo terminali. Willd. p. 587. Aubl. guj. 1. p. 425. t. 166. Hab. ad ripas et in muris antiquis Cajennae. Fol. ferrugineo-villosa. ♄

61. *scandens*, fol. ovatis subserratis hirsutis quintuplinerviis, corymbo terminali capitato, caule scandente. Willd. Aubl. guj. 1. p. 435. t. 172. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

62. *alata*, fol. ovatis utrinque acuminatis integerrimis quintuplinerviis subtus pubescentibus, capit. paniculatis terminalibus, caul. alato. Willd. Aubl. guj. 1. p. 410. t. 158. Hab. in campestribus Cajennae, Gujanae. ♄

63. *flavescens*, fol. obovato-acutis integerrimis quintuplinerviis subtus pubescentibus, corymb. bracteatis lateralibus. Willd. Aubl. guj. 1. p. 423. t. 164. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

***** *Fol. quinquenerviis, aut 7-9-nerviis* (ob spec. affinitatem).

64. *hirta*, fol. denticulatis quinquenerviis ovato-lanceolatis, caul. hispido. L. Pluk. alm. 40. t. 264, 265, f. 1. Hab. in America meridionali. Var. flor. dodecandris, bacca sexloculari. Sw.

65. *spicata*, fol. subdenticulatis quinquenerviis ovato-lanceolatis villosis, spicis axillaribus. Willd. p. 588. Aubl. 1. p. 423. t. 165. Hab. in pratis Gujanae. ♄

66. *acinodendron*, fol. ovatis acuminatis denticulatis quinquenerviis, cymis axillarib. Willd. Plum. ic. 142. f. 2. Hab. in Amer. calidiore. ♄

67. *cymosa*, fol. cordatis acuminatis quinquenerviis serrulatis pubescentibus, cyma terminali, calycinis laciniis subrotundis, staminib. quinque sterilibus. Willd. M. fol. septemnerviis. Schrad. et Wendl. sert. hannov. 18. t. 8. Hab. in Amer. meridionali. ♄

68. *grandiflora*, fol. cordatis acuminatis quinquenerviis serrulatis pilosis, pedunculo terminali bifido, calycinis laciniis lineari-subulatis, staminibus quinque sterilibus. Willd. Vahl. symb. 3. p. 59. Aubl. guj. 1. p. 414. t. 160. Hab. in pratis Cajennae et Gujanae. ♄

69. *elegans*, hispida, fol. cordatis inaequaliter crenato-dentatis, racemis dichotomiae terminalibusque paucifloris. Vahl. eclog. 1. p. 44. Aubl. guj. 1. p. 427. t. 167. Hab. in Cajenna in muris antiquis. ♄

70. *rufescens*, fol. cordatis crenulatis scabris subtus tomentosis, floribus terminalibus glomerato-spicatis. Willd. M. foliis crassis rugosis cordatis subtus tomentosis subsessilibus. Aubl. guj. 1. p. 408. t. 157. Hab. in locis campestribus Gujanae. ♄

71. *rubra*, fol. cordatis subcrenatis subtus ferrugineo-tomentosis, flor. axillaribus et lateralibus solitariis sessilibus. Willd. Aubl. guj. 1. p. 416. t. 161. Hab. ad ripas Gujanae. ♄

72. *majeta*, fol. obovatis quinquenerviis subcrenulatis pilosis: basi ad petiolum vesiculosis, flor. solitariis axillaribus sessilibus, calyce squamoso. Willd. Majeta gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 443. t. 176. Hab. in sylvis Gujanae. Fol. alterum duplo minus. ♄

73. *heterophylla*, pilosa, foliis oppositis disparibus denticulatis, petiolis superne vesiculosis, panic. brevissimis lateralib. Lam. l. c. 4. p. 34. Hab. in Peru. Fol. alterum minus, sessile cordatum vix vesica donatum. Lam. ♄

74. *physiphora*, fol. ovatis attenuatis denticulatis ciliatis, petiolis hispidis apice vesiculosis. Vahl. eclog. 1. p. 45. Tococa gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 438. t. 174. Hab. ad viarum margines in Cajenna et Gujana. Racemus terminalis. ♄

75. *purpurea*, foliis ovato-lanceolatis acuminatis quinquenerviis pilosis subdenticulatis, ramis bifidis paniculatis terminalibus. Willd. p. 590. Aubl. guj. 1. p. 401. t. 154. Hab. ad ripas rivulorum Gujanae. ♄

76. *argentea*, fol. quinquenerviis subden-

ticulatis ovatis glabris, subtus tomentosis candidis, panic. terminalibus patentibus. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 779. Sloan. hist. 2. p. 84. t. 196. f. 1. Hab. ad litus Mosquito-shore Americes. ♄

77. *elata*, fol. quinquenerviis serrato-denticulatis oblongis coriaceis, subtus ferrugineo-tomentosis, panic. terminalibus patentibus, flor. sessilibus. Swartz. l. c. 2. p. 781. Hab. in montib. elevatioribus Jamaicae, etc. M. argenteae proxima. Sw.

78. *impetiolaris*, fol. quinquenerviis denticulatis subsessilibus oblongis acuminatis coriaceis, subtus tomentoso-ferrugineis, panic. terminalib. axillaribusque erectis, flor. sessilibus. Swartz. l. c. p. 788. Hab. in India occidentali. ♄

79. *fragilis*, fol. quinquenerviis ovatis reticulatis serratis, racemis brachiatis terminalibus, pedunc. inferioribus trifidis, pedicellis subbifloris. Vahl. eclog. 1. p. 44. Lin. suppl. 236. Hab. in America australi. Fructus pisiformes, umbilico excavato; minores umbilico clauso squamis quinque. L. ♄

80. *coriacea*, fol. quinquenerviis cartilagineo-denticulatis ovatis rugosis glabris coriaceis, ramulis petiolisque strigosis, panic. ramis tetragonis, florib. subsessilibus. Sw. l. c. 2. p. 790. Hab. in summitate montis la Soufrière ins. Guadeloupe. ♄

81. *patens*, fol. quinquenerviis cordatis hirsutis subdenticulatis, racemo terminali patulo, flor. 12-andris. Swartz. p. 291. Hab. in Jam. montib. Hirsuties fusco-rubra. S.

82. *grossa*, fol. integerrimis quinquenerviis subcordatis scabris. Lin. suppl. 236. Hab. in N. Granada. Arb. ramis hispidis. Cal. validus, pilis strigosus. L. ♄

83. *malabathrica*, foliis integerrimis, quinquenerviis lanceolato-ovatis scabris. L. Burm. zeyl. 155. t. 73. Lam. ill. t. 361. f. 1. Fragarius niger. Rumph. 4. t. 72. Hab. in India. Cal. squamoso-callosus. ♄

Obs. Haec species generis nomen ansam dedit cum fructus comedentium os, uti bacc. vacc. myrtilli, atro inquinat.

84. *strigillosa*, fol. quinquenerviis subdenticulatis acuminatis, superne strigoso-pilosis subtus tomentosis, racemis axillaribus, flor. pedicellatis confertis. Sw. Fl. 2. p. 793. Hab. in Jamaica.

85. *tamonea*, fol. quinquenerviis oblongo-lanceolatis acutis integerrimis subtus tomentoso-incanis, racemis terminalib. compositis, racemulis brachiatis, pedunc. umbellulatis, bract. geminis. Swartz. l. c. 2. p. 783. M. Fothergilla. Enc. bot. 4. p. 45. β ? M. *dodecandra*. Ej. operis. Fotergilla mirabilis. Aubl. guj. 1. p. 441. t. 175. Hab. in Amer. meridionali. ♄

86. *mucronata*, fol. lato-ovalibus mucronatis 5-nerviis subtus tomentoso-ferrugineis, cal. truncato ciliato. Lam. p. 46. Hab. in Cayenne.

87. *favosa*, fol. ovatis subdenticulatis basi emarginatis 5-nerviis, subtus cellulosis, panic. terminali corymbosa. Lam. p. 47. Hab. ad St.-Domingo.

88. *Lima*, scabra, fol. ovatis serrulatis triplinerviis, bullato-tuberculosis, flor. axillarib. terminalibusque subpaniculatis. Lam. l. c. Cum priore, cum qua affinitatem habet.

89. *papillosa*, fol. ovalibus subcordatis crenulatis septemnerviis rugoso-papillosis, panic. terminalib. vix bracteatis. Lam. l. c. p. 48. Hab. in Peruvia. Fol. tuberculis polygoneis aspera.

90. *latifolia*, pilosa, fol. lato-ovatis acuminatis ciliatis septemnerviis, panic. axillaribus subgeminatis fol. brevioribus. Lam. enc. 4. p. 31. Hab. in Antillis.

91. *dichotoma*, hispidula, fol. cordatis 7-9-nerviis acutis denticulatis, panic. foliosis, ramis lateralibus dichotomis. Lam. l. c. p. 41. Hab. in Brasilia.

92. *laxa*, fol. cordato-ovatis 7-nerviis serrulatis rugosis, panic. laevis foliosis terminalibus. Lam. l. c. Hab. in Peruvia.

93. *nivea*, fol. cordatis 7-nerviis acuminatis denticulatis subtus tomentoso-niveis, panic. terminali, caul. hispido. Lam. p. 42. Hab. ad St.-Domingo. Fol. uti in urtica nivea.

94. *pyramidalis*, fol. ovato-acuminatis denticulatis quinquenerviis subtus villosiusculis, panic. pyramidatis terminalibus. Enc. l. c. Hab. in Antillis.

95. *nicotianaefolia*, fol. lato-ovatis acutis subdentatis longe petiolatis quinquenerviis, panic. brachiata terminali. Enc. l. c. Hab. ad St.-Domingo. Fol. magna 7-unc. longa, 4-lata.

96. *pauciflora*, pilosa, fol. ovatis subacuminatis crenulatis, 5-nerviis, racemulis axillarib. terminalibusque paucifloris. Lam. enc. 4. p. 39. Hab. in Brasilia.

97. *ferruginea*, fol. ovato-acutis obsolete crenatis subciliatis 5-nerviis supra glabris, panic. terminalibus. Lam. l. c. p. 42. Hab. ad St.-Domingo. Cor. albo-rosea.

98. *granulosa*, fol. ovato-lanceolatis integris quinquenerviis, supra granulosis, panic. terminalibus, caul. alato. Lam. p. 44. Hab. in Brasilia. Frut. 10-pedalis, ramis 4-gonis. Cor. magna.

99. *clavata*, fol. cordato-ovalibus sessilibus integerrimis sericeo-argenteis, panic. terminali, cal. clavato. M. *argentea*. Enc. bot. 4. p. 45. Hab. in Brasilia. Cal. forma aequat Caryophyll. aromat. flores.

100. *albicans*, fol. quinquenerviis integris ovatis acutis, supra glabris, subtus tomentosis albido-ferrugineis, racemis terminalib. erectis, flor. confertis sessilib. Swartz. l. c. p. 786. Hab. in montib. Jamaicae inque Brasilia. ♄

101. *capitata*, fol. quinquenerviis lato-lanceolatis integerrimis, capitulis terminalibus involucratis, ramis tetragonis, filament. appendiculatis. Vahl. eclog. 1. p. 45. Hab. in India occidentali. ♄

102. *splendens*, fol. quinquenerviis integris oblongis acuminatis utrinque glabris, superne nitidis, panic. terminalib. erectis, flor. subumbellatis. Swartz. l. c. 2. p. 789. Plum. spec. 18. t. 140. Hab. in sylvis montium Jamaicae. ♄

103. *laevigata*, fol. integerrimis quinquenerviis ovato-oblongis laeviusculis acuminatis, margine laevibus. L. Habit. in America. Cfr. M. laevigata Enc. bot. 4. p. 52. Racemi terminales, flor. minutis.

104. *crispata*, fol. integerrimis quinquenerviis quaternis, ramis crispatis. L. Rumph. 5. t. 35. Hab. in Amboina. † ♄

105. *nodosa*, fol. ellipticis serrulato-ciliatis quinquenerviis coriaceis, corymb. bracteatis, ramis nodosis. Enc. bot. 4. p. 55. Hab. in Antillis. Nigricans. Corymb. trichotomus.

106. *crocea*, fol. ovatis subserratis glabris, nervis ad petiolum barbatis, panic. terminali. Enc. l. c. Hab. in Peruvia. Stam. 14-15.

107. *racemosa*, fol. ovatis quinquenerviis glabriusculis serrulato-ciliatis, petiol. supra villosis, panic. terminali subracemosa. Enc. l. c. Aubl. 1. t. 156. M. decussata. Vahl. Willd. p. 582.

108. *articulata*, fol. ovato-lanceolatis denticulato-ciliatis, petiol. villosis, panic. ramis dichotomis articulatis. Lam. enc. l. c. p. 56. Hab. Cayennae. Priori affinis. Rami 4-goni. Fol. nervi 2-laterales obsoleti.

109. *umbrosa*, fol. quinquenerviis lato-ovatis acuminatis utrinque hirtis, ramul. floriferis, racem. dichotomis patentib. flor. 8-andris. Swartz. Flor. ind. occid. 2. p. 817. Hab. in Amer. meridion. Fol. maxima.

110. *hispida*, fol. 5-nerviis subdenticulatis ovatis acutis, superne strigoso-hirsutis, subtus reticulato-tomentosis, panic terminalibus divaricatis, flor. 8-andris. Swartz. p. 821. Hab. in Jam. montibus.

111. *sessiliflora*, villoso-subtomentosa, fol. 5-nerviis lanceolato-ovatis denticulatis subpetiolatis, flor. axillarib. subverticillatis Vahl. eclog. 1. p. 49. Ej. ic. ecl. ill. t. 18. Hab. in Amer. meridion. ♄

112. *pilosa*, fol. quinquenerviis subdenticulatis oblongis acutis, nervis subtus, ramulis racemisque lateralibus piloso-hirsutis, flor. octandris. Swartz. Fl. 2. p. 819. Hab. in sylvis montium Jamaicae. M. micranthae proxima. ♄

113. *discolor*, fol. quinquenerviis subintegerrimis oblongis acuminatis glabris subtus flavo-incanis, racemis cymosis, flor. octandris. Swartz. obs. 178. Plum. ic. t. 42. f. 1. Hab. in Amer. calidiore. ♄

114. *coccinea*, fol. quinquenerviis elliptico-ovatis acuminatis glabris integerrimis, thyrso terminali, pedunc. pedicellisque nodosis hispidis. Vahl. l. c. p. 48. Ej. ic. ecl. illustr. t. 16. Hab. in ins. Montserrat. Variat flore albo. V. ♄

1077. TRISTEMMA. *Cal.* 5-fidus, prope limbum bifariam ciliatus. *Petala* 5, unguiculata. *Bacca* ovata, compressa, subangulata, tecta, 5-locularis.

1. *mauritianum*. Juss. gen. pl. Melast. virusana. Commers. Fol. ovata. Flor. capitati. An a Melastomis, quarum habitum refert satis distinctum?

1078. MICONIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nect.* squamæ 5. *Stamina* declinata. *Antheræ* plicatæ, calcaratæ. *Caps.* 5-locularis. *Semina* subscobiformia.

1. *pulverulenta*, fol. ovatis quinquenerviis crenatis, acum. obtuso. Flor. per. Syst. p. 104. Hab. cum sequentib. in Peruv. nemorib., Chinchao, et Cuchero, etc. Flor. plurimi 6-petali, nonnulli 7-8-petali. ♄

2. *triplinervis*, fol. oblongis triplinerviis acuminat. integerrim. Syst. Fl. per. p. 105. ♄

β. *lanuginosa*, fol. oblongis quinquenerviis integerrimis obtuse acuminatis. Syst. etc. l. c.

3. *emarginata*, fol. cordatis emarginatis quinquenerviis. L. c. p. 106.

1079. MERIANIA. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Petala* 5, calyci inserta. *Stam.* declinata. *Caps.* 5-locularis, polysperma.

